

# La reconstrucción del breviario hispano-mozárabe. Tiempo Pascual II

GABRIEL RAMIS MIQUEL

**IN QUARTO DOMINICO PASCHAE<sup>1</sup>**

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 465; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,  
tu contribulasti capita draconum super aquas.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,  
posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.

Tu confregisti caput draconis magni,  
et dedisti eum in escam populo Aethiopum.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

---

1. Continuación del artículo “La reconstrucción del Breviario Hispano-Mozárabe Tiempo Pascua I” publicado en la revista AA 63

V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscunt:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.

Dona ergo mentibus nostris  
in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
et te solem iustitiae  
perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
quatenus nocturnas tenebras  
tua semper valeamus illuminatione vitare.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL 314; T35.4, 296; T35.6, 138; L6, 506)

(Ps 117, 24.27.22-23)

Hic est dies quem fecit Dominus,  
exultemus et iucundemur in eo,  
Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.

V/ Constituite diem solemnem in confragationibus,  
usque ad cornua altaris.

R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.

V/ Lapis quem reprobaverunt aedificantes  
hic factus est in caput anguli,  
a Domino factus est et est mirabile in oculis nostris.

R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.

*Antiphona* (AL 314; T35.4, 297; T35.6, 139; L6, 507)

(Gn 49, 9; Ps 73, 13)

Catulus leonis Iuda, de germine, fili mi, ascendisti  
 requiescens accubuisti ut leo,  
 et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.

V/ Tu confirmasti in virtute mare.  
 contribulasti capita draconum in aquis.

R/ Et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.

*Alleluiaiticum* (AL 315; T35.4, 298; T35.6, 140; L6, 508)

(Ps 117, 22-23; Ps 76, 14)

Lapidem quem reprobaverunt aedificantes  
 hic factus est in caput anguli,  
 a Domino factus est hic  
 et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Quis Deus magnus sicut Deus noster,  
 tu es Deus qui facis mirabilia.

R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Hic est dies quem fecit Dominus,  
 exultemus et laetemur in eo.

R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 637-638, 643, 645, 648, 901; MPs 229-230; T35.4, 222; L6, 509, 579, 614, 750, 758, 774; AL 336)

Te centies mille legionum angeli,  
 concentu plaudunt, et canora iubilant,  
 Christe Iesu Alpha et Omega omnipotens,  
 sepultus olim, et vivens in saecula,  
 testis fidelis, et verum principium.

Qui mundi huius deiecisti principem,  
 redimens orbem tuo almo sanguine;  
 Sanctus et verus Genitus Ingeniti,  
 reserans clausum, et apertum obstruens,  
 faciens nos Deo regni sacerdotium.

E throno prodeunt fulgura et tronitua,  
 septem ardentes ante thronum lampades,  
 septem ubique missi Dei spiritus,  
 septem stellae micant Agni dextera,  
 septem cui adstant candelabra aurea.

Sedentes circum quater seni primates,  
 amicti cuncti niveis cycladibus,  
 et laureati diademis aureis,  
 aureas vehunt phialas aromatum,  
 aureis psallunt modulis et citharis.

Tu verus agnus solus sine macula,  
qui dextram Patris collocatus solio,  
solus egressus ab arce dominica,  
similis iaspidi, et sardino lapidi.  
Iris per gyrum, smaragdus circuis.

Tu Dei pignus, hominisque Filius,  
septies librum signatus signaculis  
solvere signa dignus repertus es;  
Agnus occissus septem pollens cornibus,  
septeno fulgens et lumine flammeo.

Stant ante thronum nitet mare vitreum,  
bis bini fortis, idem animalia;  
homo per genus, leo voce perstrepit  
iuvencus ore promit sacerdotium,  
petens ad astra more volans aquilae.

Quatuor formis senis alis singulis,  
ante et retro cuncta plena oculis,  
vigiles semper dormiendo nescii,  
vicissim Sanctus ter clamantes iugiter,  
illi, qui erat, est, et qui venturus est.

Gloria Patri, laus, sapientia  
Agno sedenti supra thronum in caelis;  
cum Patre regnat, et cum Sancto Spiritu,  
connexa simul tribus una Deitas,  
per infinita saeculorum saecula. Amen.

*Versus* (T35.4, 222; L6 47, 397, 509; MPs 228, 231)  
(Ps 117, 24)

V/ Hic est dies quem fecit Dominus.  
R/ Exultemus et laetemur in eo.

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.  
Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Compleuria* (OV 900; Br Goth 638; T35.4, 223; L6, 256)

Christe, Dei Filius, nostrarum requies animarum,  
qui otium sabbati requiescens in tumulo complevisti,  
ut in quo olim requieveras ab omni opere faciendo,  
in eo etiam requiesceres in sepulchro,  
hunc nobis veraciter sanctificans diem,  
cuius vesperum in prima nobis sabbati,  
quae et octava dies est, lucescit;  
ut, qui dixeras de tenebris lumen splendescere,  
manifeste a mortuis resurgens appareres in carne,  
dirige cursum vitae nostrae  
in viam sanctificationis omnimodae,  
qualiter in his septem diebus,  
quibus mundus iste peragitur,  
et in quibus quotidie nobis Agnus occiditur,

et Pascha quotidie celebratur,  
 salubriori vitae curriculo conversemur,  
 ut absque fermento malitiae  
 verum pascha mereamur quotidie celebrare:  
 et ita ab omnibus operibus nostris  
 in hoc die sanctificatione tibi placita quiescamus,  
 ut octavi illius aeterni diei  
 resurrectionis gloria consolemur.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 901; Br Goth 638; T35.4, 224; L6, 257)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei Filius,  
 qui in hoc die moriens requievit in tumulo,  
 det optatam requiem cordi vestro.

*R/ Amen.*

Tribuatque vobis cessare ab omni opere criminis,  
 qui in sepulchro positus sustulit opprobrium crucis.

*R/ Amen.*

Ut optabile vobis resurrectionis eius gaudium,  
 et hic devotos efficiat,  
 et in futuro de munere aeternitatis sustollat.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
 qui vivit cum Deo Patre,  
 et regnat cum Sancto Spiritu, unus Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 315; T35.4, 300; T35.6, 142; L6, 510)

(Apc 9, 13; 7, 12)

Audivi vocem ex cornibus altaris aurei  
quod est ante oculos Dei dicentem:  
benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,  
alleluia, alleluia.

V/ Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas  
et adoraverunt Deo.

R/ Benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,  
alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,  
alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 645)

Admirabilis Domine,  
tuum nomen laudabile est in universis finibus terrae;  
praesta ergo nobis vanam mundi celsitudinem declinare,  
ut ex ore nostro tua perficiatur laudatio,  
et verae fidei nutrimentis crescat in nos scientiae plenitudo.

R/ Amen.

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

### **Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 309)

(Cfr. Ps 3, 6.8)

Ego dormivi et resurrexi quoniam Dominus suscepit me; et  
percussit omnes adversantes mihi sine causa.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Ego dormivi et resurrexi quoniam Dominus suscepit me; et per-  
cussit omnes adversantes mihi sine causa.

*Collecta de psalmo III* (OV 868, 1185; T35.5, 723; Br Goth 615, 1121)

Domine Iesu Christe,  
 qui pro nobis soporem mortis suscepisti,  
 ne nos amplius obdormiremur in mortem:  
 dona nobis, ut qui te moriente renascimur,  
 te etiam resuscitante atque vivificante,  
 a peccatorum lecto surgamus;  
 nec ultra iam subruamur poena peccati,  
 qui redemptos nos congaudemus  
 pretio sacro sanguinis tui.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Missa*

*Antiphona* (AL 315; T35.4, 302; T35.6, 144; L6, 512)

(Rom 6, 10-11; Ps 92, 1)

Quod Iesus mortuus est peccato mortuus est semel,  
 quod autem vivit, vivit Deo,  
 itaque existimate vos mortuos esse peccato,  
 viventes autem Deo.

V/ Dominus regnavit decore indutus est,  
 indutus est Dominus fortitudine et praecinxit se.

R/ Itaque existimate vos mortuos esse peccato,  
 viventes autem Deo.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Itaque existimate vos mortuos esse peccato,  
 viventes autem Deo.

*Oratio* (OV 910; T35.4, 303; T35.6, 145; Br Goth 623)

Mortuum te peccato fuisse non tuo, sed nostro,  
 Iesu Domine, confitemur;  
 et ideo, quia semel pro impiis mortuus Deo vivis,  
 fac nos, ut sic semel moriamur in vitiis,  
 qualiter coronaturi resurgententes laetemur semper  
 de muneribus sempiternis.

R/ Amen.

Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto,  
unus permanes in Trinitate et in gloria sempiterna.  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 315; T35.4, 304; T35.6, 146)  
(Rom 4, 25; Ps 97, 2)

Mortuus est Christus propter peccata nostra  
et resurrexit propter iustificationem nostram.  
*V/ Notum fecit Dominus salutare suum,*  
in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.  
*R/ Et resurrexit propter iustificationem nostram.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et resurrexit propter iustificationem nostram.*

*Oratio* (OV 911; T35.4, 305; T35.6, 147; Br Goth 624)

Christe, Dei Filius, qui mortuus est propter peccata nostra  
et resurrexisti propter iustificationem nostram;  
da nobis et mortem habere vitiorum,  
et resurrectionem obtainere virtutum,  
ut ita mortis et resurrectionis tuae  
in nobis vigeat sacramentum,  
qualiter ad te sine confusione  
post nostrum transitum accedere mereamur.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia, qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 315; T35.4, 306; T35.6, 148)  
(Cfr. Act 10, 41b; cfr. Philp 2, 11; Ps 112, 1-2)

Surrexit Christus a mortuis, alleluia,  
in gloria Patris, alleluia, alleluia.

*V/ Laudate pueri Dominum*  
laudate nomen Domini.

*R/ In gloria Patris, alleluia, alleluia.*

*V/ Sit nomen Domini benedictum*  
ex hoc nunc et usque in saeculum.

*R/ In gloria Patris, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

in saecula saeculorum. Amen.

*R/ In gloria Patris, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 912; T35,4, 307; T35.6, 149)

Iesu Redemptor noster inclite,  
 qui resurgens a mortuis sedes in gloriam Patris,  
 fidelibus tuis praeparans mansiones aeternae salutis;  
 porrige fragilitati nostrae invictum protectionis tuae auxilium,  
 ut, qui de nobis habemus proprium ut cadamus,  
 de te semper obtinere mereamur,  
 ut ad virtutes post vitia resurgamus.

*R/ Amen.*

Ipsò auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 315; T35.4, 308; T35.6, 150; Br Goth 641)

(Cfr. Ex 12, 17; cfr. Lev 23, 41; cfr. Ps 95, 10)

Observabitis diem istum legitimū Domino, alleluia;  
 et filii vestri usque in aeternū, alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Dominus regnavit a ligno,*  
 etenim correxit orbem terrae qui non commovebitur.

*R/ Usque in aeternū, alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Usque in aeternū, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 646)

Domine Iesu Christe, verus Deus verusque homo,  
 qui non mutaris, sed es sanctus in omnibus operibus tuis;  
 incredulitatem a nobis dubiae mentis averte,  
 et cor nostrum gratiae tuae muneribus reple,  
 ut tu, Deus verus credaris et cognoscaris,  
 qui salvator omnium miraculis et virtutibus approbaris.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante,  
 qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 616-617; MPs 173-175, 364; T35.4, 601; T35.6, 370; L6 376, 723)

(Ex 15,1-19)

*Antiphona.* (AL 288, 309, 313, 315, 321; T35.4, 233, 271, 309, 377; T35.6, 79, 118, 151, 206; L6, 20, 58, 140, 161, 197, 267, 374, 589, 624; Br Goth 640, cfr. Br Goth 621, 630)

(Ex 15,1)

Alleluia, cantemus Domino; gloriose enim honorificatus est,  
alleluia, alleluia.

“Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, \* equum  
et ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea et robur meum Dominus, \* et factus est mihi  
in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum; \* Deus patris mei, et  
exaltabo eum!

Dominus quasi vir pugnator; \* Iahveh nomen eius!

Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, \* electi  
bellatores eius submersi sunt in mari Rubro.

Abyssi operuerunt eos, \* descenderunt in profundum quasi  
lapis.

Dextera tua, Domine, magnifice in fortitudine, \* dextera tua,  
Domine, percussit inimicum.

Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos; \*  
misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae; \* stetit ut  
agger unda fluens,

coagulatae sunt abyssi \* in medio mari.

Dixit inimicus: “Persequar, comprehendam; \* dividam spo-  
lia implebitur anima mea:

evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea!”.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare; \* submersi sunt  
quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in diis, Domine? \* Quis similis tui, magnifi-  
cus in sanctitate,

terribilis atque laudabilis, \* faciens mirabilia?

Extendisti manum tuuam, \* devoravit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua \* populo, quem redemisti,  
et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum  
tuum.

Attenderunt populi et commoti sunt, \* dolores obtinuerunt  
habitatores Philistiae.

Tunc conturbati sunt príncipes Edom, + potentes Moab obtinuit tremor, \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.  
 Irruit super eos formido et pavor; \* in magnitudine brachii tui fiunt immobiles quasi lapis,  
 donec pertranseat populus tuus, Domine, \* donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.  
 Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae, \* firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,  
 sanctuario, Domine, \* quod firmaverunt manus tuae.  
 Dominus regnabit \* in aeternum et ultra!”.  
 Ingressi sunt enim equi pharaonis cum curribus et equitibus eius in mare, \* et reduxit super eos Dominus aquas maris;  
 filii autem Israel \* ambulaverunt per siccum in medio maris.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Alleluia, cantemus Domino; gloriose enim honorificatus est, alleluia, alleluia.

*Oratio de cantico* (Br Goth 622)

Cantabimus tibi, Domine,  
 et cum omni laude cantabimus,  
 quia equum et ascensorem proiecisti in mare;  
 ita diabolum cum exercitibus suis  
 suffoces eadem virtute.  
 Quis similis tibi in diis Domine? quis similis tibi?  
 Gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus,  
 faciens prodigia cunctis gentibus et populis praedicanda.  
*R/* Amen.  
 Te praestante, summe Deus,  
 qui in Trinitate gloriaris, unus Deus,  
 in saecula saeculorum.  
*R/* Amen.

*Benedictiones*

*Antiphona* (T35.4, 235, 272, 310, 345, 378; T35.6, 80, 152, 207; L6, 21, 59, 141, 162, 268, 590, 625; AL 138, 151, 170, 288, 494, 495, 496)  
 (Dn 3, 52)

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula alleluia, alleluia, alleluia.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula, alleluia, alleluia, alleluia,

*Oratio de benedictionibus*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Sonus* (AL 288, 309, 313; T35.4, 236, 273; T35.5, 733, 789, 823; T.35.6, 120, 208; L6, 22, 60, 142, 163, 199, 269; Br Goth 617-618, 622, 625, 633, 644, 646, 649, 651)

(Ps 3,6-7)

Ego dormivi et quievi et resurrexi,  
quoniam Dominus suscitavit me, gloria mea, alleluia.

V/ Non timebo millia populi circumdantis me,  
exurge, Domine, salva me, Deus meus.

R/ Gloria mea, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Gloria mea, alleluia.

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 633)

(Ps 148, 1)

Laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate Dominum in excelsis, alleluia, alleluia.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate Dominum in excelsis, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 646)

(Apc 14, 1-7)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu. et vidi: et ecce Agnus stans supra montem Sion, et cum illo centum quadraginta quattuor milia, habentes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de caelo tamquam vocem aquarum multarum et tamquam vocem tonitri magni; et vox, quam audivi, sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis. Et cantant quasi canticum no-

vum ante thronum et ante quattor animalia et seniores. Et nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quattuor milia, qui empti sunt de terra, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati, virgines enim sunt. Hi qui sequuntur Agnum, quocumque abierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et Agno; et in ore ipsorum non est inventum mendacium: sine macula sunt.

Et vidi alterum angelum volantem per medium caelum, habentem evangelium aeternum, ut evangelizaret super sedentes in terra et super omnem gentem et tribum et linguam et populum; dicens magna voce: “Timete Deum et date illi gloriam, quia venit hora iudicii eius; et adorate eum, qui fecit caelum et terram et mare et fontes aquarum”.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 618-619, 620, 622, 623, 625, 626, 628, 631, 633, 634, 636, 640, 644, 647, 649, 652; T35.5, 736, 774, 792, 825)

Hic est dies verus Dei  
sancto serenus lumine,  
quo diluit sanguis sacer  
probosa mundi crimina.

Fidem refundens perditis,  
coecosque visu illuminans,  
quo nos gravi solvit metu,  
latronis absolutio.

Qui praemio mutans crucem,  
Iesu brevi adquisivit fidem:  
iustoque brevior gradu  
pervenit in regnum Dei.

Hoc opus stupent angeli,  
poenam videntes corporis;  
Christoque adhaerentem reum  
vitam beatam carpere.

Mysterium mirabile!  
ut ablaut mundi luem,  
peccata tollat omnium  
carnis vitia mundans caro.

Quid hoc potest sublimius,  
ut culpam quaerat gratia?  
metumque solvat charitas,  
reddatque mors vitam novam?

Hamum sibi mors devoret,  
suisque se nodis liget?  
moriatur Vita hominum,  
resurgat Vita omnium?

Dum mors per omnes transeat,  
omnes resurgent mortui?  
consumpta mors ictu suo,  
perisse se solam gemat?

Quaesumus, auctor omnium,  
in hoc paschali gaudio  
ab omni mortis impetu  
tuum defende populum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis;  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 288)

(Lc 24, 34)

*V/ Surrexit enim Dominus vere.*

*R/ Et apparuit Simoni.*

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:

ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 874; T35.5, 739; Br Goth 619)

Christe Dei Filius, qui venerabilis diei huius excusum,  
et prius a te conditae lucis  
et post tuae resurrectionis mysterio consecrasti,  
dum singularis triumphator inferni olim in hoc die,  
devicto diabolo, triumphasti:  
da nobis, ut de sepulchris vitiorum exeamus ad te,  
lumen verum,  
qui es resurrectionis nostrae principium,  
ut, quia in te mors ultra nullo modo dominabitur,  
per resurrectionis tuae potentiam,  
quam verissime profitemur,  
peccata nostra amodo nobis nullatenus dominantur;  
ut, qui matutinum sacrificium pro nobis ipse oblatus es,  
in hoc resurrectionis tuae tempore  
matutino ab omni nos iubeas purificari piaculo.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 875)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui hodierni diei cursum,  
et in creationis principio lumini,

et nunc resurrectionis suae mysterio dedicavit,  
ipse in vobis, et quod creavit illuminet,  
et quod redemit sine fine sanctificet.

*R/ Amen.*

Quique resurrectione sua iustificationem exhibuit mundo,  
ab omni vos expurget humanae conluvionis contagio.

*R/ Amen.*

Ut per eum vobis mors vitiorum occurrat,  
per quem resurrecti cupitis pervenire ad gloriam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 315; T35.6, 154)

(Apc 5, 11-12)

Vocem audivi dicentis in circuitu throni,  
et erat numerus eorum millia millium  
dicentium voce magna:  
dignus est qui occisus est  
accipere virtutem et fortitudinem et sapientiam, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 644; cfr. OV 372)

Mirabilia sunt testimonia tua, Domine Deus,  
quibus unigenitus Filius tuus regnat universae terrae;  
praesta ergo nobis,  
ut qui revelata facie gloriam eius speculamur,  
a dextris eius in iudicio collocemur.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 456; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,  
tu contribulasti capita draconum super aquas.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,  
posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.

Tu confregisti caput draconis magni,  
et dedisti eum in escam populo Aethiopum.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscunt:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.  
Dona ergo mentibus nostris  
in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
et te solem iustitiae  
perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
quatenus nocturnas tenebras

tua semper valeamus illuminatione vitare.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (AL 314; T35.4, 296; T35.6, 138; L6, 506)

(Ps 117, 24.27.22-23)

Hic est dies quem fecit Dominus,  
exultemus et iucundemur in eo,  
Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.

*V/ Constituite diem solemnem in confrequentationibus,  
usque ad cornua altaris.*

*R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.*

*V/ Lapis quem reprobaverunt aedificantes  
hic factus est in caput anguli,*  
a Domino factus est et est mirabile in oculis nostris.

*R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Deus Dominus illuxit nobis, alleluia.*

*Antiphona* (AL 314; T35.4, 297; T35.6, 139; L6, 507)

(Gn 49, 9; Ps 73, 13)

Catulus leonis Iuda, de germine, fili mi, ascendisti  
requiescens accubuisti ut leo,  
et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.

*V/ Tu confirmasti in virtute mare.*

contribulasti capita draconum in aquis.

*R/ Et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et quasi catulus leonis quem suscitare nullus audebit.*

*Alleluiaiticum* (AL 315; T35.4, 298; T35.6, 140; L6, 508)

(Ps 117, 22-23; Ps 76, 14)

Lapidem quem reprobaverunt aedificantes  
hic factus est in caput anguli,  
a Domino factus est hic  
et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Quis Deus magnus sicut Deus noster,*

tu es Deus qui facis mirabilia.  
*R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Hic est dies quem fecit Dominus,*  
*exultemus et laetemur in eo.*  
*R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Et est mirabile in oculis nostris, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 641-642, 645, 647, 650, 652; MPs 225; T35.4, 6, 237, 275, 627, 635, 639, 647; L6, 47, 62, 129, 397, 404, 593, 671, 685, 691, 704, 771; AL 288)

Psallat altitudo caeli,  
 psallant omnes angeli,  
 quidquid est virtutis usquam  
 psallat in laudem Dei:  
 nulla linguarum silescat  
 vox; sed omnis consonet.

Da puer plectrum, choreis  
 ut canam fidelibus  
 dulce carmen, et melodum,  
 gesta Christi insignia,  
 hunc camoena nostra solum  
 pangat, hunc, laudet lyra.

Christus est, quem rex sacerdos  
 adfuturum protinus  
 infulatus concinebat  
 voce, corda, et tympano,  
 spiritum caelo fluentem  
 per medullas hauriens.

Facta nos, et iam probata  
 pangimus miracula.  
 Testis est orbis; nec ipsa  
 terra quod vidit, negat;  
 cominus Deus docendis  
 proditum mortalibus.

Corde natus ex Parentis  
 ante mundi exordium,  
 alpha et omega cognominatus;  
 ipse fons, et clausula  
 omnium, quae sunt, fuerunt  
 quaeque post futura sunt.

Ipse iussit et creata:  
 dixit ipse, et facta sunt:  
 terra, caelum, fossa ponti,  
 trina rerum machina,  
 quaeque in his vigent sub alto  
 solis, et lunae globo;

O beatus ortus ille,  
 virgo cum puerpera  
 edidit nostram salutem,  
 foeta Sancto Spiritu;  
 et puer Redemptor orbis  
 os sacramum protulit.

Gloria et honor Deo  
 usqueque Altissimo,  
 una Patri Filioque,  
 inclyto Paracclito;  
 cui laus, et potestas  
 per aeterna saecula. Amen.

*Versus* (T35.4, 222; L6, 47, 379, 509; MPs 228, 231)

(Ps 117, 24)

*V/ Hic est dies quem fecit Dominus.*  
*R/ Exultemus et laetemur in eo.*

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogемus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 876; T35.4, 14; T35.5, 775; L6, 8; Br Goth 620)

Deus, cuius unum hunc ex omnibus duximus diem,  
in quo creatis rebus omnibus  
voluisti esse et praesentis lucis indicem,  
et aeterni luminis testem,  
ut in eo surgeret illuminatio temporum,  
atque in eo surgeret illuminatio animarum;  
qui dominicae et operatione primus,  
et resurrectionis idoneus revolutus in circulo,  
et reductus in calculo,  
paschalis sollemnitatis inciperet mysterium,  
et concluderet sacramentum:  
respice in hoc tempore acceptabili, et in hac die salutis  
super servos tuos, Domine,  
quos redemisti de captivitate nequitiae spiritali  
tropeo dominicae passionis,  
quo agni tui sanguine tintos,  
ne vastator lederet, liberasti;  
esto nobis previus in solitudine vitae huius,  
quo et in diem calorem temptationis nostrae  
quasi nubis protegens obumbres,  
et in nocte a tenebris peccatorum nos,  
quasi columna ignis, illumines;  
ut dum ades ad salutem, perducas ad requiem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 877; T35.4, 15; T35.5,776; L6, 9; Br Goth 620)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus, qui diem istum  
resurrectionis suae consecravit mysterio,  
resurgendi vobis praebat efficaciam a delicto.

*R/ Amen.*

Et qui olim hodierna die a mortuis resurrexit,  
mortificationis omnimodae vobis conferens donum,  
resurgere vos faciat caelestium dono virtutum.

*R/ Amen.*

Ut in eo semper vitam habeatis,  
in cuius mortem consepultos vos ese gaudetis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 315; T35.4, 300; L6, 510)

(Apc 9, 13; 7, 12)

Audivi vocem ex cornibus altaris aurei  
quod est ante oculos Dei dicentem:  
benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,  
alleluia, alleluia.

*V/* Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas  
et adoraverunt Deo.

*R/ Benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,*  
alleluia, alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Benedictio et claritas et sapientia et virtus Deo nostro,*  
alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 645)

Admirabilis Domine,  
tuum nomen laudabile est in universis finibus terrae;  
praesta ergo nobis vanam mundi celsitudinem declinare,  
ut ex ore nostro tua perficiatur laudatio,

et verae fidei nutrimentis crescat in nos scientiae plenitudo.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Feria II post quartam dominicam Paschae**

**Ad matutinum**

*Ut in II feria post octavas Paschae, excepto lectio biblica*

*Lectio*

(Apc 12, 1-6)

Apocalypsis Ioannis apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Et signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim; et in utero habens, et clamat parturiens et cruciatur, ut pariat. Et visum est aliud signum in caelo: et ecce draco rufus magnus, habens capita septem et cornua decem, et super capita sua septem diademata; et cauda eius trahit tertiam partem stellarum caeli et misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem, quae erat paritura, ut, cum peperisset, filium eius devoraret. Et peperit filium, masculum, qui *recturus est omnes gentes in virga ferrea*; et raptus est filius eius ad Deum et ad thronum eius. Et mulier fugit in desertum, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta.

*R/ Amen.*

**Ad vesperum**

*Ut in II feria post octavas Paschae.*

### Feria III post quartam dominicam Paschae

#### Ad matutinum

*Ut in III feria post octavas Paschae, excepto lectio biblica.*

##### Lectio

(Apc 12, 7-12)

Apocalypsis Ioannis apostoli.

R/ Deo gratias.

Et factum est proelium in caelo, Michael et angeli eius, ut proeliarentur cum dracone. Et draco pugnavit et angeli eius, et non valuit, neque locus inventus est eorum amplius in caelo. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus et Satanás, qui seducit universum orbem; projectus est in terram, et angeli eius cum illo projecti sunt. Et audivi vocem magnam in caelo dicentem:

“Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem Agni et propter verbum testimonii sui; et non dilexerunt animam suam usque ad mortem. Propterea laetamini, caeli et qui habitatis in eis.

Vae terrae et mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet!”.

R/ Amen.

#### Ad vesperum

*Ut in III feria post octavas Paschae.*

### Feria IV post quartam dominicam Paschae

#### Ad matutinum

*Ut in IV feria post octavas Paschae, excepto lectio biblica.*

*Lectio*

(Apc 12, 13-18)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Et postquam vidit draco quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum. Et datae sunt mulieri duae aliae aquilae magnae, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Et adiuvit terra mulierem, et aperuit terra os suum et absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

Et iratus est draco in mulierem et abiit facere proelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei et habent testimonium Iesu. Et stetit super arenam maris.

R/ Amen.

**Ad vesperum***Ut in IV feria post octavas Paschae.***Feria V post quartam dominicam Paschae****Ad matutinum***Ut in feria V post octavas Paschae, excepto lectio biblica.**Lectio*

(Apc 13, 1-10)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem cornua decem et capita septem, et super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomina blasphemiae. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes eius sicut ursi, et os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam et thronum suum et potestatem magnam. Et unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, et plaga mortis eius curata est.

Et admirata est universa terra post bestiam, et adoraverunt draconem, quia dedit potestatem bestiae, et adoraverunt bestiam dicentes: “Quis similis bestiae, et quis potest pugnare cum ea?”.

Et datum est ei os loquens magna et blasphemias, et data est illi potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius et tabernaculum eius, eos, qui in caelo habitant. Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos, et data est ei potestas super omnem tribum et populum et linguam et gentem. Et adorabunt eum omnes, qui inhabitant terram, cuiuscumque non est scriptum nomen in libro vitae Agni, qui occisus est, ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat: *Si quis in captivitatem, in captivitatem vadit; si quis in gladio debet occidi, oportet eum in gladio occidi.* Hic est patientia et fides sanctorum.

*R/ Amen.*

### **Ad vesperum**

*Ut in feria V post octavas Paschae.*

### **Feria VI post quartam dominicam Paschae**

#### **Ad matutinum**

*Ut in feria VI post octavas Paschae, excepto lectio biblica.*

#### *Lectio*

(Apc 13, 11-18)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, et habebat cornua duo similia agni, et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiae omnem facit in conspectu eius. Et facit terram et inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et facit signa magna, ut etiam ignem faciat de caelo descendere in terram in conspectu hominum. Et seducit habitantes terram propter signa, quae data sunt illi facere in conspectu bestiae, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiae, quae habet plagam gladii et

vixit. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiae, ut et loquatur imago bestiae; et faciat, ut quicumque non adoraverint imaginem bestiae, occiduntur. Et facit omnes pusillos et magnos et divites et pauperes et liberos et servos accipere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis, et ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, nomen bestiae aut numerum nominis eius. Hic sapientia est: qui habet intellectum, computet numerum bestiae; numerus enim hominis est: et numerus eius est sescenti sexaginta sex.

*R/ Amen.*

### **Ad vesperum**

*Ut in feria VI post octavas Paschae.*

### **Sabbato post quartam dominicam Paschae**

### **Ad matutinum**

*Ut in sabbato post octavas Paschae excepto lectio biblica.*

#### *Lectio*

(Apc 14, 8-13)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Et aliis angelus secutus est dicens: “Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quae a vino irae fornicationis suae potionavit omnes gentes!”.

Et aliis angelus tertius secutus est illos dicens voce magna: “Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius et acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de vino irae Dei, quod mixtum est mero in calice irae ipsius, et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum et ante conspectum Agni. Et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendit, nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam et imaginem eius, et si quis acceperit characterem nominis eius”.

Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei et fidem Iesu. Et audivi vocem de caelo dicentem: “Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo. Etiam, dicit Spiritus, ut re-

quiescant a laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos”.

*R/ Amen.*

## IN QUINTO DOMINICO PASCHAE

### Ad vesperum

*Oblatio luminis*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Vespertinum* (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 465; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

*V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,*  
*tu contribulasti capita draconum super aquas.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,*  
*posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.*

*Tu confregisti caput draconis magni,*  
*et dedisti eum in escam populo Aethiopum.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscunt:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam

te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.

Dona ergo mentibus nostris

in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;

et te solem iustitiae

perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,

quatenus nocturnas tenebras

tua semper valeamus illuminatione vitare.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,

et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (AL 317; T35.4, 331; T35.6, 170; L6, 576)

(Cfr. 2Cor 5, 17.14; 4, 6)

Alleluia, ecce facta sunt omnia nova

quoniam Christus pro omnibus mortuus est

et surrexit alleluia, alleluia.

*V/ Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere,*

*illuxit in cordibus nostris*

*ad illuminationem scientiae claritatis Dei*

*in faciem Iesu Christi.*

*R/ Qui pro omnibus mortuus est*

*et surrexit alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui pro omnibus mortuus est*

*et surrexit alleluia, alleluia.*

*Antiphona* (AL 317; T35.4, 332; T35.6, 171; L6, 577)

(Apc 1, 4; Ps 8, 2)

Gratias agimus tibi, Domine Deus noster,

qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.

*V/ Domine Dominus noster,*

*quam admirabile est nomen tuum.*

*R/ Qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.*

*Alleluiaiticum* (AL 317; T35.4, 333; T35.6, 172; L6, 578)  
(1Cor 15, 57; Ps 147, 2)

Gratias Deo qui dedit nobis victoriam  
per Dominum nostrum Iesum Christum,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Quoniam confortavit seras portarum tuarum,  
benedixit filiis tuis in te.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Alleluia, alleluia, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 637-638, 643, 645, 648, 901; MPs 229-230; T35.4, 222; L6, 509, 579, 614, 750, 758, 774; AL 336)

Te centies mille legionum angeli,  
concentu plaudunt, et canora iubilant,  
Christe Iesu Alpha et Omega omnipotens,  
sepultus olim, et vivens in saecula,  
testis fidelis, et verum principium.

Qui mundi huius deiecisti principem,  
redimens orbem tuo almo sanguine;  
Sanctus et verus Genitus Ingeniti,  
reserans clausum, et apertum obstruens,  
faciens nos Deo regni sacerdotium.

Tu verus agnus solus sine macula,  
qui dextram Patris collocatus solio,  
solus egressus ab arce dominica,  
similis iaspidi, et sardino lapidi.  
Iris per gyrum, smaragdus circuis.

Tu Dei pignus, hominisque Filius,  
septies librum signatus signaculis  
solvere signa dignus repertus es;  
Agnus occissus septem pollens cornibus,  
septeno fulgens et lumine flammeo.

E throno prodeunt fulgura et tronitua,  
septem ardentes ante thronum lampades,  
septem ubique missi Dei spiritus,  
septem stellae micant Agni dextera,  
septem cui adstant candelabra aurea.

Sedentes circum quater seni primates,  
amicti cuncti niveis cycladibus,  
et laureati diademis aureis,  
áureas vehunt phialas aromatum,  
aureis psallunt modulis et citharis.

Stant ante thronum nitet mare vitreum,  
bis bini fortis, idem animalia;  
homo per genus, leo voce perstrepit  
iuvencus ore promit sacerdotium,  
petens ad astra more volans aquilae.

Quatuor formis senis alis singulis,  
ante et retro cuncta plena oculis,  
vigiles semper dormiendo nescii,  
vicissim Sanctus ter clamantes iugiter,  
illi, qui erat, est, et qui venturus est.

Gloria Patri, laus, sapientia  
Agno sedenti supra thronum in caelis;  
cum Patre regnat, et cum Sancto Spiritu,  
connexa simul tribus una Deitas,  
per infinita saeculorum saecula. Amen.

*Versus* (AL 288)  
(Lc 24, 34)

V/ Surrexit enim Dominus vere.  
R/ Et apparuit Simoni.

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogемus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 876; T35.4, 14; T35.5, 775; L6, 8; Br Goth 620)

Deus, cuius unum hunc ex omnibus duximus diem,  
in quo creatis rebus omnibus  
voluisti esse et praesentis lucis indicem,  
et aeterni luminis testem,  
ut in eo surgeret illuminatio temporum,  
atque in eo surgeret illuminatio animarum;  
qui dominicae et operatione primus,  
et resurrectionis idoneus revolutus in circulo,  
et reductus in calculo,  
paschalis sollemnitatis inciperet mysterium,  
et concluderet sacramentum:  
respice in hoc tempore acceptabili, et in hac die salutis  
super servos tuos, Domine,  
quos redemisti de captivitate nequitiae spiritali  
tropeo dominicae passionis,  
quo agni tui sanguine tintos,  
ne vastator laederet, liberasti;  
esto nobis previus in solitudine vitae huius,  
quo et in diem calorem temptationis nostrae  
quasi nubis protegens obumbres,  
et in nocte a tenebris peccatorum  
nos, quasi columna ignis, illumines;  
ut dum ades ad salutem, perducas ad requiem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 877; T35.4, 15; T35.5,776; L6, 9; Br Goth 620)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus, qui diem istum  
resurrectionis suae consecravit mysterio,  
resurgendi vobis praebat efficaciam a delicto.

*R/ Amen.*

Et qui olim hodierna die a mortuis resurrexit,  
mortificationis omnimodae vobis conferens donum,  
resurgere vos faciat caelestium dono virtutum.

*R/ Amen.*

Ut in eo semper vitam habeatis,  
in cuius mortem conseptos vos ese gaudetis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 317; T 35.4, 53)

(Cfr. Ex 13,6; Dn 3,98)

Celebrabitur in die isto sollemnitas magna,  
et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.

*V/ Pax vobis multiplicetur.*

*R/ Et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 620)

Christe, qui olim gloriosae noctis huius diluculum  
resurrectionis tuae misterio consecrasti,  
dum primus ipse numquam moriturus,  
et verae primitiae dormientium surrexisti;  
da nobis,  
ut in te resurgamus a vitiis,  
et vires reparemus perditae sanitatis,  
qui pro nobis es mortificatus usque ad supplicium Crucis.  
*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto

in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona (AL 309)*

(Cfr. Ps 3, 6.8)

Ego dormivi et resurrexi quoniam Dominus suscepit me; et percussit omnes adversantes mihi sine causa.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Ego dormivi et resurrexi quoniam Dominus suscepit me; et percussit omnes adversantes mihi sine causa.

*Collecta de psalmo III (OV 868, 1185; T35.5, 723; Br Goth 615, 1121)*

Domine Iesu Christe,  
qui pro nobis soporem mortis suscepisti,  
ne nos amplius obdormiremur in mortem:  
dona nobis, ut qui te moriente renascimur,  
te etiam resuscitante atque vivificante,  
a peccatorum lecto surgamus;  
nec ultra iam subruamur poena peccati,  
qui redemptos nos congaudemus  
pretio sacro sanguinis tui.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Missa*

*Antiphona* (AL 317-318; T35.4, 337; T35.6, 173; L6, 582)  
 (Col 1, 12-14; Ps 94, 1)

Gratias agamus Deo Patri  
 quia dignos fecit nos in parte sortis sanctorum,  
 quia eripuit nos de potestate tenebrarum  
 et transtulit in regnum Filii dilectionis suae  
 in quo habemus redemptionem  
 in remissionem peccatorum.  
*V/ Venite exultemus Domino,*  
*iubilemus Deo salutari nostro.*  
*R/ In quo habemus redemptionem*  
*in remissionem peccatorum.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ In quo habemus redemptionem*  
*in remissionem peccatorum.*

*Oratio* (OV 913; T35.4, 338; T35.6, 174; L6, 583)

Gratias tibi agimus, Deus Pater,  
 qui eripuisti nos de potestate tenebrarum,  
 transferens in regnum Filii tui;  
 da ergo, quaesumus, nobis,  
 ut quos per mortem revocavit ad vitam,  
 per pietatem resuscitet ad gaudia sempiterna.  
*R/ Amen.*  
*Adiuvante sua misericordia,*  
*qui vivit et regnat, Deus, in saecula saeculorum.*  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 318; T35.4, 339; T35.6, 175; L6, 584)  
 (1Cor 15, 57; Ps 104, 2; Ps 33, 4)

Gratias Deo qui dedit nobis victoriam  
 per Dominum nostrum Iesum Christum.  
*V/ Cantate ei et psallite ei,*  
*narrate omnia mirabilia eius.*  
*R/ Qui dedit nobis victoriam*  
*per Dominum nostrum Iesum Christum.*  
*V/ Magnificate Dominum mecum*  
*et exaltemus nomen eius in idipsum.*

*R/ Qui dedit nobis victoriam*

*per Dominum nostrum Iesum Christum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui dedit nobis victoriam*

*per Dominum nostrum Iesum Christum.*

*Oratio* (OV 914; T35.4, 340; T35.6, 176; L6, 585)

Quas tibi, Domine, gratias referre poterimus pro eo,

quia nobis victoriam

per effusum tui Filii sanguinem praestitisti?

Et ideo, quia defectum nostrum inspicis,

supplementum tuae porrige pietatis;

ut, quidquid mens

in conceptione laudis tuae suggesserit enarrandum,

fidieli relatione os proferat ad aeternitatis emolumentum.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia,

qui in Trinitate unus Deus,

gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 318/316; T35.4, 341/314; T35.6, 177; L6, 586)

(Apc 17.15.17-18; 12, 10; 15, 3)

Gratias tibi agimus, Deus noster omnipotens,

qui es et qui eras,

quia factum est regnum huius mundi

Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.

*V/ Gratias tibi agimus, Domine Deus omnipotens,*

qui es et qui eras,

qui accepisti virtutem tuam magnam et regnasti,

et iratae sunt gentes, at advenit ira tua

et tempus mortuorum iudicare,

et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis

et timentibus [nomen] tuum, pusilli et magni.

*R/ Quia factum est regnum huius mundi*

Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.

*V/ Nunc facta est salus et virtus et regnum Deo*

et potestas Christi eius,

quia proiectus est accusator fratrum nostrorum

qui accusabat illos

ante conspectum Domini nostri, die ac nocte.

*R/ Quia factum est regnum huius mundi  
Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.*  
*V/ Magna et mirabilia opera tua, Deus Domine omnipotens,  
iustae et verae viae tuae.*  
*R/ Quia factum est regnum huius mundi  
Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Quia factum est regnum huius mundi  
Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 915; T35.4, 342; T35.6, 178; L6, 587; Br Goth 635)

Domine Deus noster, qui es, et qui eras, et qui venturus es,  
gratias tibi creatura a te condita refert,  
quia factum est regnum huius mundi  
Domini nostri Iesu Christi;  
quaesumus ergo, ut quos regnum voluisti esse,  
aeterno eos consoleris in munere.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia,  
qui regnat in Trinitate, unus Deus,  
et permanet in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 318; T35.4, 343; T35.6, 179; L6, 588)

(Apc 1, 5-6; Rom 4, 25)

Gratias Domino Iesu Christo  
qui lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo,  
et fecit nostrum regnum sacerdotes Deo et Patri suo;  
ipsi gloria in saecula, alleluia.

*V/ Mortuus est Christus propter peccata nostra,  
et resurrexit propter iustificationem nostram.*

*R/ Ipsi gloria in saecula, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ipsi gloria in saecula, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 644)

Mirabilia sunt testimonia tua, Domine Deus,  
quibus unigenitus Filius tuus regnat universae terrae;  
praesta ergo nobis,

ut qui revelata facie gloriam eius speculamur,  
a dextris eius in iudicio collocemur.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 616-617; MPs 173-175, 364; T35.4, 601; T35.6, 370; L6, 376, 723)

(Ex 15,1-19)

*Antiphona.* (AL 288, 309, 313, 315, 321; T35.4, 233, 271, 309, 377; T35.6, 79, 118, 151, 206; L6, 20, 58, 140, 161, 197, 267, 374, 589, 624; Br Goth 640, cfr. 621, 630)

(Ex 15,1)

Alleluia, cantemus Domino; gloriose enim honorificatus est,  
alleluia, alleluia.

“Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, \* equum  
et ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea et robur meum Dominus, \* et factus est mihi  
in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum; \* Deus patris mei, et  
exaltabo eum!

Dominus quasi vir pugnator; \* Iahveh nomen eius!

Curru pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, \* electi  
bellatores eius submersi sunt in mari Rubro.

Abyssi operuerunt eos, \* descenderunt in profundum quasi  
lapis.

Dextera tua, Domine, magnifice in fortitudine, \* dextera tua,  
Domine, percussit inimicum.

Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos; \*  
misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae; \* stetit ut  
agger unda fluens,

coagulatae sunt abyssi \* in medio mari.

Dixit inimicus: “Persequar, comprehendam; \* dividam spo-  
lia implebitur anima mea:

evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea!”.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare; \* submersi sunt  
quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in diis, Domine? \* Quis similis tui, magnifi-

cus in sanctitate,  
 terribilis atque laudabilis, \* faciens mirabilia?  
 Extendisti manum tuuam, \* devoravit eos terra.  
 Dux fuisti in misericordia tua \* populo, quem redemisti,  
 et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum  
 tuum.  
 Attenderunt populi et commoti sunt, \* dolores obtinuerunt  
 habitatores Philistaei.  
 Tunc conturbati sunt príncipes Edom, + potentes Moab obti-  
 nuit tremor, \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.  
 Irruit super eos formido et pavor; \* in magnitudine brachii  
 tui fiunt immobiles quasi lapis,  
 donec pertranseat populus tuus, Domine, \* donec pertran-  
 seat populus tuus iste, quem possedisti.  
 Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae, \* fir-  
 missimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,  
 sanctuario, Domine, \* quod firmaverunt manus tuae.  
 Dominus regnabit \* in aeternum et ultra!”.  
 Ingressi sunt enim equi pharaonis cum curribus et equitibus  
 eius in mare, \* et reduxit super eos Dominus aquas maris;  
 filii autem Israel \*ambulaverunt per siccum in medio maris.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.  
*Ant.* Alleluia, cantemus Domino; gloriose enim honorificatus est, alle-  
 luia, alleluia.

*Oratio de cantico (Br Goth 622)*

Cantabimus tibi, Domine,  
 et cum omni laude cantabimus,  
 quia equum et ascensorem proiecisti in mare;  
 ita diabolum cum exercitibus suis  
 suffoces eadem virtute.  
 Quis similis tibi in diis Domine?  
 quis similis tibi?  
 gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus,  
 faciens prodigia cunctis gentibus et populis praedicanda.  
*R/* Amen.  
 Te praestante, summe Deus,  
 qui in Trinitate gloriaris, unus Deus,  
 in saecula saeculorum.  
*R/* Amen.

*Benedictiones*

*Antiphona* (T35.4, 235, 272, 310, 345, 378; T35.6, 80, 152, 207; L6, 21, 59, 141, 162, 268, 590, 625; AL 138, 151, 170, 288, 494, 495, 496)  
 (Dn 3, 52)

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula, alleluia, alleluia, alleluia.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in saecula, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio de benedictionibus*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Sonus* (AL 288, 309, 313; T35.4, 236, 273; T35.5, 733, 789, 823; T.35.6, 120, 208; L6, 22, 60, 142, 163, 199, 269; Br Goth 617-618, 622, 625, 633, 644, 646, 649, 651)

(Ps 3,6-7)

Ego dormivi et quievi et resurrexi,  
 quoniam Dominus suscitavit me, gloria mea, alleluia.  
 V/ Non timebo millia populi circundamtium me,  
 exurge, Domine, salva me Deus meus.  
 R/ Gloria mea, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Gloria mea, alleluia.

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 235, 618, 622, 625, 627, 630; AL 288; T35.4, 725; T35.5, 734, 790; L6, 61, 143, 164, 200, 270, 305, 318, 331, 344, 357, 373, 556, 592, 627, 645, 703, 726, 770, 1009)

(Ps 148,1)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 649)

(Apc 19, 11-16)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et vidi caelum apertum: et ecce equus albus; et, qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis et Verax, et in iustitia iudicat et pugnat.

Oculi autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse; et vestitus veste aspersa sanguine, et vocatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in caelo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo mundo. Et de ore ipsius procedit gladius acutus, ut in ipso percutiat gentes, et ipse *reget eos in virga ferrea*; et ipse calcat torcular vini furoris irae Dei omnipotentis. Et habet super vestimentum et super femur suum nomen scriptum: Rex regum et Dominus dominorum.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 618-619, 620, 622, 623, 625, 626, 628, 631, 633, 634, 636, 640, 644, 647, 649, 652; T35.5, 736, 774, 792, 825)

Hic est dies verus Dei  
sancto serenus lumine,  
quo diluit sanguis sacer  
probosa mundi crimina.

Fidem refundens perditis,  
coecosque visu illuminans,  
quo nos gravi solvit metu,  
latronis absolutio.

Qui praemio mutans crucem,  
Iesu brevi adquisivit fidem:  
iustoque brevior gradu  
pervenit in regnum Dei.

Hoc opus stupent angeli,  
poenam videntes corporis;  
Christoque adhaerentem reum  
vitam beatam carpere.

Mysterium mirabile!  
ut ablaut mundi luem,  
peccata tollat omnium  
carnis vitia mundans caro.

Quid hoc potest sublimius,  
ut culpam quaerat gratia?  
metumque solvat charitas,  
reddatque mors vitam novam?

Hamum sibi mors devoret,  
suisque se nodis liget?  
moriatur Vita hominum,  
resurgat Vita omnium?

Dum mors per omnes transeat,  
omnes resurgent mortui?  
consumpta mors ictu suo,  
perisse se solam gemat?

Quaesumus, auctor omnium,  
in hoc paschali gaudio  
ac omni mortis impetus  
tuum defende populum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis;  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 288)

(Lc 24, 34)

*V/ Surrexit enim Dominus vere.*

*R/ Et apparuit Simoni.*

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:

ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 874; T35.5, 739; Br Goth 619)

Christe Dei Filius, qui venerabilis diei huius excusum,  
et prius a te conditae lucis  
et post tuae resurrectionis mysterio consecrasti,  
dum singularis triumphator inferni olim in hoc die,  
devicto diabolo, triumphasti:  
da nobis, ut de sepulchris vitiorum exeamus ad te,  
lumen verum,  
qui es resurrectionis nostrae principium,  
ut, quia in te mors ultra nullo modo dominabitur,  
per resurrectionis tuae potentiam,  
quam verissime profitemur,  
peccata nostra amodo nobis nullatenus dominantur;  
ut, qui matutinum sacrificium pro nobis ipse oblatus es,  
in hoc resurrectionis tuae tempore  
matutino ab omni nos iubeas purificari piaculo.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 875)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui hodierni diei cursum,  
et in creationis principio lumini,

et nunc resurrectionis suaे mysterio dedicavit,  
ipse in vobis, et quod creavit illuminet,  
et quod redemit sine fine sanctificet.

*R/ Amen.*

Quique resurrectione sua iustificationem exhibuit mundo,  
ab omni vos expurget humanae conluvionis contagio.

*R/ Amen.*

Ut per eum vobis mors vitiorum occurrat,  
per quem resurrecti cupitis pervenire ad gloriam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

### *Psallendum (AL 318)*

(Ps 95, 1)

Decantabit populus Israel alleluia,  
et universa multitudo Iacob canebat Domino legitime,  
et Davit cum cantoribus  
cithara repercutiebant in domo Domini,  
laudem Domino dicentes, alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Cantate Domino canticum novum,*  
*cantate Domino omnis terra.*

*R/ Et Davit cum cantoribus*  
cithara repercutiebant in domo Domini,  
laudem Domino dicentes, alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et Davit cum cantoribus*  
cithara repercutiebant in domo Domini,  
laudem Domino dicentes, alleluia, alleluia, alleluia.

### *Oratio (Br Goth 648; OV 956)*

Christe Dei Filius, qui occisus Agnus resurgis in gloria,  
et habens potestatem humanam,  
illuminare dignatus es terram,  
quo passionis et resurrectionis tuae pluviis irrigata,  
te solum sequeretur ad vitam,  
quae se olim mortis eliserat in ruinam;  
nostris, quaesumus, precibus favens,  
da nobis et resurgendi copiam in operibus bonis,  
et moriendi efficaciam in operibus pravitatis.

*R/ Amen.*

Quia multum misericors est Dominus noster Iesu Christus,  
vivens cum Patre et regnans cum Spiritu Sancto  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 465; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

*V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,*  
*tu contribulasti capita draconum super aquas.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,*  
*posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.*

*Tu confregisti caput draconis magni,*  
*et dedisti eum in escam populo Aethiopum.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
 dum a te se creatos agnoscunt:  
 et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
 te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.  
 Dona ergo mentibus nostris  
 in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
 et te solem iustitiae  
 perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
 quatenus nocturnas tenebras  
 tua semper valeamus illuminatione vitare.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Sonus* (AL 317; T35.4, 331; L6, 576)

(Cfr. 2Cor 5, 17.14; 4, 6)

Alleluia, ecce facta sunt omnia nova  
 quoniam Christus pro omnibus mortuus est  
 et resurrexit alleluia, alleluia.

V/ Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere,  
 illuxit in cordibus nostris  
 ad illuminationem scientiae claritatis Dei  
 in faciem Iesu Christi.

*R/ Qui pro omnibus mortuus est  
 et resurrexit alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Qui pro omnibus mortuus est  
 et resurrexit alleluia, alleluia.*

*Antiphona* (AL 317; T35.4, 332; L6, 577)

(Apc 1, 4; Ps 8, 2)

Gratias agimus tibi, Domine Deus noster,  
 qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.

V/ Domine Dominus noster,  
 quam admirabile est nomen tuum.

*R/ Qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Qui es et qui eras et qui venturus es omnipotens.*

*Alleluiaiticum* (AL 317; T35.4, 333; L6, 578)

(1Cor 15, 57; Ps 147, 2)

Gratias Deo qui dedit nobis victoriam  
per Dominum nostrum Iesum Christum,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Quoniam confortavit seras portarum tuarum,  
benedixit filiis tuis in te.

*R/ Alleluia, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Alleluia, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 641-642, 645, 647, 650, 652; MPs 225; T35.4, 6, 237, 275, 627, 635, 639, 647; L6, 47, 62, 129, 397, 404, 593, 671, 685, 691, 704, 771; AL 288)

Psallat altitudo caeli,  
psallant omnes angeli,  
quidquid est virtutis usquam  
psallat in laudem Dei:  
nulla linguarum silescat  
vox; sed omnis consonet.

Da puer plectrum, choreis  
ut canam fidelibus  
dulce carmen, et melodum,  
gesta Christi insignia,  
hunc camoena nostra solum  
pangat, hunc, laudet lyra.

Christus est, quem rex sacerdos  
ad futurum protinus  
infulatus concinebat  
voce, corda, et tympano,  
spiritum caelo fluentem  
per medullas hauriens.

Facta nos, et iam probata  
pangimus miracula.  
Testis est orbis; nec ipsa  
terra quod vidit, negat;  
cominus Deus docendis  
proditum mortalibus.

Corde natus ex Parentis  
ante mundi exordium,  
alpha et omega cognominatus;  
ipse fons, et clausula  
omnium, quae sunt, fuerunt  
quaque post futura sunt.

Ipse iussit et creata:  
dixit ipse, et facta sunt:  
terra, caelum, fossa ponti,  
trina rerum machina,  
quaque in his vigent sub alto  
solis, et lunae globo;

O beatus ortus ille,  
virgo cum puerpera  
edidit nostram salutem,  
foeta Sancto Spiritu;  
et puer Redemptor orbis  
os sacratum protulit.

Gloria et honor Deo  
usque quaque Altissimo,  
una Patri Filioque,  
in clyto Paraclito;  
cui laus, et potestas  
per aeterna saecula. Amen.

*Versus* (T35.4; 222; L6, 47, 379, 509; MPs 228, 231)  
 (Ps 117, 24)

V/ Hic est dies quem fecit Dominus.

R/ Exultemus et laetemur in es.

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus:  
 ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
 R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria* (OV 876; T35.4, 14; T35.5, 775; L6, 8; Br Goth 620)

Deus, cuius unum hunc ex omnibus duximus diem,  
 in quo creatis rebus omnibus  
 voluisti esse et praesentis lucis indicem,  
 et aeterni luminis testem,  
 ut in eo surgeret illuminatio temporum,  
 atque in eo surgeret illuminatio animarum;  
 quique dominicae et operatione primus,  
 et resurrectionis idoneus revolutus in circulo,  
 et reductus in calculo,  
 paschalis sollemnitatis inciperet mysterium,  
 et concluderet sacramentum:  
 respice in hoc tempore acceptabili, et in hac die salutis  
 super servos tuos, Domine,  
 quos redemisti de captivitate nequitiae spirituali  
 tropeo dominicae passionis,  
 quo agni tui sanguine tintos,  
 ne vastator lederet, liberasti;  
 esto nobis previus in solitudine vitae huius,  
 quo et in diem calorem temptationis nostrae  
 quasi nubis protegens obumbres,  
 et in nocte a tenebris peccatorum nos,  
 quasi columna ignis, illumines;  
 ut dum ades ad salutem, perducas ad requiem.  
 R/ Amen.  
 Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.  
 R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 877; T35.4, 15; T35.5, 776; L6, 9; Br Goth 620)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus, qui diem istum  
resurrectionis suae consecravit mysterio,  
resurgendi vobis praebeat efficaciam a delicto.

*R/ Amen.*

Et qui olim hodierna die a mortuis resurrexit,  
mortificationis omnimodae vobis conferens donum,  
resurgere vos faciat caelestium dono virtutum.

*R/ Amen.*

Ut in eo semper vitam habeatis,  
in cuius mortem consepultos vos ese gaudetis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 317; T 35.4, 53)

(Cfr. Ex 13,6; Dn 3,98)

Celebrabitur in die isto sollemnitas magna,  
et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.

*V/ Pax vobis multiplicetur.*

*R/ Et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et erit pax in universa terra, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 648; OV 956)

Christe, Dei Filius, qui occisus Agnus resurgis in gloria,  
et habens potestatem humanam,

illuminare dignatus es terram,  
 quo passionis et resurrectionis tuae pluviis irrigata,  
 te solum sequeretur ad vitam,  
 quae se olim mortis eliserat in ruinam;  
 nostris, quaesumus, precibus favens,  
 da nobis et resurgendi copiam in operibus bonis,  
 et moriendi efficaciam in operibus pravitatis.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

## **Feria II post quintam dominicam Paschae**

### **Ad matutinum**

*Ut in feria II post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

### *Lectio*

(Apc 14, 14-19)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

*R/ Deo gratias.*

Ego Ioannes fui in spiritu, et vidi: et ecce nubem candidam, et supra nubem sedentem quasi Filium hominis, habentem super caput suum coronam auream et in manu sua falx acutam. Et alter angelus exivit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem: “Mitte falx tuam et mete, quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terrae”. Et misit, qui sedebat supra nubem, falx suam in terram, et messa est terra.

Et aliis angelus exivit de templo, quod est in caelo, habens et ipse falx acutam. Et aliis angelus de altari, habens potestatem supra ignem, et clamavit voce magna ad eum, qui habebat falx acutam, dicens: “Mitte falx tuam acutam et vindemia botros vineae terrae, quoniam maturae sunt uvae eius”. Et misit angelus falx suam in terram et vindemiavit vineam terrae et misit in lacum irae Dei magnum.

*R/ Amen.*

**Ad vesperum**

*Ut in feria II post tertiam dominicam Paschae.*

**Feria III post quintam dominicam Paschae****Ad matutinum**

*Ut in III feria post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

*Lectio*

(Apc 15, 1-8)

Apocalypsis Ioannis Apostoli  
R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et vidi aliud signum in caelo magnum et mirabile: angelos septem habentes plagas septem novissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne; et eos, qui vicerunt bestiam et imaginem illius et numerum nominis eius, stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei. Et cantant canticum Moysis servi Dei et canticum Agni dicentes:

“Magna et mirabilia opera tua,  
Domine, Deus omnipotens;  
iustae et verae viae tuae,  
Rex gentium!  
Quis non timebit, Domine,  
et glorificabit nomen tuum?  
Quia solus Sanctus,  
quoniam omnes gentes venient  
et adorabunt in conspectu tuo,  
quoniam iudicia tua manifestata sunt”.

Et post haec vidi: et apertum est templum tabernaculi testimonii in caelo, et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo candido et praecincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quattuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiae Dei viventis in saecula saeculorum. Et impletum est templum fumo de gloria Dei et de virtute eius; et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagae septem angelorum.

R/ Amen.

**Ad vesperum**

*Ut in III feria post tertiam dominicam Paschae.*

**Feria IV post quintam dominicam Paschae****Ad matutinum**

*Ut in IV feria post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

*Lectio*

(Apc 16, 1-7)

Apocalypsis Ioannis Apostoli  
R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et audivi vocem magnam de templo dicentem septem angelis: “Ite et effundite septem phialas irae Dei in terram”.

Et abiit primus et effudit phialam suam in terram; et factum est vulnus saevum ac pessimum in homines, qui habebant charactrem bestiae, et eos, qui adorabant imaginem eius.

Et secundus effudit phialam suam in mare; et factus est sanguis tamquam mortui, et omnis anima vivens mortua est, quae est in mari.

Et tertius effudit phialam suam in flumina et in fontes aquarum; et factus est sanguis.

Et audivi angelum aquarum dicentem: “Iustus es, qui es et qui eras, Sanctus, quia haec iudicasti; quia sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere: digni sunt!”. Et audivi altare dicens: “Etiam, Domine, Deus omnipotens, vera et iusta iudicia tua!”.

R/ Amen.

**Ad vesperum**

*Ut in IV feria post tertiam dominicam Paschae.*

### Feria V post quintam dominicam Paschae

#### Ad matutinum

*Ut in feria V post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio bilbica.*

#### Lectio

(Apc 16, 8-15)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et quartus effudit phialam suam in solem; et datum est illi aestu afficere homines in igne. Et aestuaverunt homines aestu magno; et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas et non egerunt paenitentiam, ut darent illi gloriam.

Et quintus effudit phialam suam super thronum bestiae; et factum est regnum eius tenebrosum, et commanducaverunt linguas suas p[re]a dolore et blasphemaverunt Deum caeli p[re]a doloribus suis et vulneribus suis et non egerunt paenitentiam ex operibus suis.

Et sextus effudit phialam suam super flumen illud magnum Euphraten; et exsiccata est aqua eius, ut praepararetur via regibus, qui sunt ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos velut ranas; sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa, qui procedunt ad reges universi orbis congregare illos in proelium diei magni Dei omnipotentis.

Ecce venio sicut fur. Beatus, qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem eius.

R/ Amen.

#### Ad vesperum

*Ut in feria V post tertiam dominicam Paschae.*

## Feria VI post quintam dominicam Paschae

### Ad matutinum

*Ut in VI feria post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

#### Lectio

(Apc 16, 17-21)

Apocalypsis Ioannis Apostoli  
R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et septimus effudit phialam suam in aerem; et exivit vox magna de templo a throno dicens: “Factum est!”. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua, et terraemotus factus est magnus, qualis numquam fuit, ex quo homo fuit super terram, talis terraemotus sic magnus. Et facta est civitas magna in tres partes, et civitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare ei calicem vini indignationis irae eius. Et omnis insula fugit, et montes non sunt inventi. Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines; et blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna est plaga eius nimis.

R/ Amen.

### Ad vesperum

*Ut in VI feria post tertiam dominicam Paschae.*

## Sabbato post quintam dominicam Paschae

### Ad matutinum

*Ut in sabbato post tertiam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

#### Lectio

(Apc 17, 1-14)

Apocalypsis Ioannis Apostoli  
R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu, et venit unus de septem angelis, qui habebant septem phialas, et locutus est mecum dicens: “Veni,

ostendam tibi damnationem meretricis magnae, quae sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae, et inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius". Et abstulit me in desertum in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiae, habentem capita septem et cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura et coccino, et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus et immunditiis fornicationis eius; et in fronte eius nomen scriptum, mysterium: "Babylon magna, mater fornicationum et abominationum terrae".

Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum, cum vidi sem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus. "Quare miraris? Ego tibi dicam mysterium mulieris et bestiae, quae portat eam, quae habet capita septem et decem cornua: bestia, quam vidisti, fuit et non est, et a censura est de abyso et in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae a constitutione mundi, videntes bestiam, quia erat et non est et aderit. Hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet. Et reges septem sunt: quinque ceciderunt, unus est, alias nondum venit; et, cum venerit, oportet illum breve tempus manere. Et bestia, quae erat et non est, et is octavus est et de septem est et in interitum vadit. Et decem cornua, quae vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges una hora accipiunt cum bestia. Hi unum consilium habent et virtutem et potestatem suam bestiae tradunt. Hi cum Agno pugnabunt; et Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est et Rex regum, et qui cum illo sunt vocati et electi et fideles".

*R/ Amen.*

## IN SEXTO DOMINICO PASCHAE

### **Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Vespertinum* (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 465; L6,

4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,  
tu contribulasti capita draconum super aquas.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,  
posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.

Tu confregisti caput draconis magni,  
et dedisti eum in escam populo Aethiopum.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscunt:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.

Dona ergo mentibus nostris  
in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
et te solem iustitiae  
perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
quatenus nocturnas tenebras  
tua semper valeamus illuminatione vitare.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL 319; T35.4, 364; T35.6, 196; L6, 611)

(Cfr. Lc 24, 36.45)

Alleluia, postquam resurrexit  
 Dominus Iesus Christus a mortuis,  
 stans in medio discipulorum locutus es dicens:  
 Pax vobis, ego sum qui resurrexi a mortuis, alleluia.  
 V/ Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas,  
 et dixit eis quoniam sic scriptum est:  
 Christum pati et resurgere a mortuis.  
 R/ Pax vobis, ego sum qui resurrexi a mortuis, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Pax vobis, ego sum qui resurrexi a mortuis, alleluia.

*Antiphona* (AL 320; T35.4, 365; T35.6, 197; L6, 612)

(Cfr. Apc 5, 12; Ps 46, 4)

Audivi vocem magnam in caelo dicentem:  
 Agnus qui occisus est dignus est accipere  
 virtutem et divinitatem et sapientiam  
 et benedictionem in saecula saeculorum.  
 V/ Subiecit populos nobis  
 et gentes sub pedibus nostris.  
 R/ Et benedictionem in saecula saeculorum.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Et benedictionem in saecula saeculorum.

*Alleluiaiticum* (AL 320; T35.4, 366; T35.6, 198; L6, 613)

(Cfr. Apc 5, 11; 4, 6; Ps 110, 9; Ps 118, 89)

Vidi, et audivi voces angelorum multorum  
 in circuitu throni stantium in conspectu Domini,  
 quatuor animalium et seniorum voces  
 cum clamore magno resonabant, alleluia.  
 V/ Redemptionem missit populo suo,  
 mandavit in aeternum testamentum suum.  
 R/ Cum clamore magno resonabant, alleluia.  
 V/ In aeternum, Domine, verbum tuum  
 permanet in caelo.  
 R/ Cum clamore magno resonabant, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Cum clamore magno resonabant, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 637-638, 643, 645, 648, 901; MPs 229-230; T35.4, 222; L6, 509, 579, 614, 750, 758, 774; AL 336)

Te centies mille legionum angeli,  
concentu plaudunt, et canora iubilant,  
Christe Iesu Alpha et Omega omnipotens,  
sepultus olim, et vivens in saecula,  
testis fidelis, et verum principium.

Qui mundi huius deiecisti principem,  
redimens orbem tuo almo sanguine;  
Sanctus et verus Genitus Ingeniti,  
reserans clausum, et apertum obstruens,  
faciens nos Deo regni sacerdotium.

Tu verus agnus solus sine macula,  
qui dextram Patris collocatus solio,  
solus egressus ab arce dominica,  
similis iaspidi, et sardino lapidi.  
Iris per gyrum, smaragdus circuis.

Tu Dei pignus, hominisque Filius,  
septies librum signatus signaculis  
solvere signa dignus repertus es;  
Agnus occissus septem pollens cornibus,  
septeno fulgens et lumine flammeo.

E throno prodeunt fulgura et tronita,  
septem ardentes ante thronum lampades,  
septem ubique missi Dei spiritus,  
septem stellae micant Agni dextera,  
septem cui adstant candelabra aurea.

Sedentes circum quater seni primates,  
amicti cuncti niveis cycladibus,  
et laureati diademis aureis,  
aureas vehunt phialas aromatum,  
aureis psallunt modulis et citharis.

Stant ante thronum nitet mare vitreum,  
bis bini fortis, idem animalia;  
homo per genus, leo voce perstrepit  
iuvencus ore promit sacerdotium,  
petens ad astra more volans aquilae.

Quatuor formis senis alis singulis,  
ante et retro cuncta plena oculis,  
vigiles semper dormiendi nescii,  
vicissim Sanctus ter clamantes iugiter,  
illi, qui erat, est, et qui venturus est.

Gloria Patri, laus, sapientia  
Agno sedenti supra thronum in caelis;  
cum Patre regnat, et cum Sancto Spiritu,  
connexa simul tribus una Deitas,  
per infinita saeculorum saecula. Amen.

*Versus* (T35.4, 222; L6, 47, 397, 509; MPs 228, 231)  
(Ps 117, 24)

V/ Hic est dies quem fecit Dominus.  
R/ Exultemus et laetemur in eo.

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.  
Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria* (OV 876; T35.4, 14; T35.5, 775; L6, 8; Br Goth 620)

Deus, cuius unum hunc ex omnibus duximus diem,  
in quo creatis rebus omnibus

voluisti esse et praesentis lucis indicem,  
 et aeterni luminis testem,  
 ut in eo surgeret illuminatio temporum,  
 atque in eo surgeret illuminatio animarum;  
 quique dominicae et operatione primus,  
 et resurrectionis idoneus revolutus in circulo,  
 et reductus in calculo,  
 paschalis sollemnitatis inciperet mysterium,  
 et concluderet sacramentum:  
 respice in hoc tempore acceptabili, et in hac die salutis  
 super servos tuos, Domine,  
 quos redemisti de captivitate nequitiae spiritali  
 tropeo dominicae passionis,  
 quo agni tui sanguine tintos,  
 ne vastator laederet, liberasti;  
 esto nobis previus in solitudine vitae huius,  
 quo et in diem calorem temptationis nostraे  
 quasi nubis protegens obumbres,  
 et in nocte a tenebris peccatorum  
 nos, quasi columna ignis, illumines;  
 ut dum ades ad salutem, perducas ad requiem.  
*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 877; T35.4, 15; T35.5, 776; L6, 9; Br Goth 620)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus, qui diem istum  
 resurrectionis suae consecravit mysterio,  
 resurgendi vobis praebeat efficaciam a delicto.  
*R/ Amen.*

Et qui olim hodierna die a mortuis resurrexit,  
mortificationis omnimodae vobis conferens donum,  
resurgere vos faciat caelestium dono virtutum.

*R/ Amen.*

Ut in eo semper vitam habeatis,  
in cuius mortem consepultos vos ese gaudetis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 320; T35.4, 368)

(Cfr. Apc 7, 9a; Apc 5, 12-13; Ps 97, 1)

Vidi turbam angelorum multorum in caelo  
dicentium voce magna:  
dignus est qui occisus est agnus  
accipere fortitudinem et gloriam et honorem,  
et omnes audivi dicentes:  
sedenti in throno et agno benedictio  
et honor et gloria et potestas, alleluia, alleluia.  
*V/ Cantate Domino canticum novum,*  
quia mirabilia fecit.

*R/ Et omnes audivi dicentes:*  
sedenti in throno et agno benedictio  
et honor et gloria et potestas, alleluia, alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et omnes audivi dicentes:*  
sedenti in throno et agno benedictio  
et honor et gloria et potestas, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 648)

Christe, Dei Filius, qui occisus agnus resurgis in gloria,  
et habens potestatem humanam,  
illuminare dignatus es terram,  
quo passionis et resurrectionis tuae pluviis irrigata,  
te solum sequeretur ad vitam,  
quae se olim mortis eliserat in ruinam;  
nostris, quaesumus, precibus favens,  
da nobis et resurgendi copiam in operibus bonis,  
et moriendi efficaciam in operibus pravitatis.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 294, 309; T35.4, 39, 225; T35.6, 71; L6, 11, 227, 259)  
(Cfr. Ps 3, 6)

Ego dormivi et quievi, et resurrexi, quoniam Dominus suscitat me.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Ego dormivi et quievi, et resurrexi, quoniam Dominus suscitat me.

*Collecta de psalmo III* (OV 868, 1185; T35.5, 723; Br Goth 615, 1121)

Domine Iesu Christe,  
qui pro nobis soporem mortis suscepisti,  
ne nos amplius obdormiremur in mortem:  
dona nobis, ut qui te moriente renascimur,  
te etiam resuscitante atque vivificante,  
a peccatorum lecto surgamus;  
nec ultra iam subruamur poena peccati,  
qui redemptos nos congaudemus  
pretio sacro sanguinis tui.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa*

*Antiphona* (AL 320; T35.4, 370; T35.6, 199; L6, 617)  
 (Os 6, 1-3; Ps 94, 1)

Venite revertamur ad Dominum,  
 quia ipse cepit et sanabit nos,  
 vivificabit nos post duos dies  
 die tertia suscitabit nos et vivemus.

V/ Venite exultemus Domino,  
 iubilemus Deo salutari nostro.

R/ Die tertia suscitabit nos et vivemus.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Die tertia suscitabit nos et vivemus.

*Oratio* (OV 916; T35.4, 371; T35.6, 200; L6, 618)

Ecce venimus ad te Dominum revertentes,  
 qui pretium factus es nostrae salutis;  
 tu ergo, qui cepisti, perfice in nos beneficia sanitatis,  
 et qui in copore nostro percussus es vulnere crucis,  
 cura nos medicaminibus tuae divinitatis,  
 quique nos post duos dies vivificans,  
 tertia utique die corpus mortalitatis nostrae  
 a mortuis dignatus es suscitare,  
 praesta nobis, ut per te suscitati,  
 per te etiam vivificati,  
 in aeternum quoque tecum sine fine victuri,  
 poenas evadamus aeterni supplicii.

R/ Amen.

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 320; T35.4, 372; T35.6, 201; L6, 619)  
 (Apc 19, 9; 20, 6; Ps 31, 1)

Beati qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt,  
 beatus est sanctus qui habet partem in resurrectione prima  
 in eis secunda mors non habebit potestatem.

V/ Beati quorum remissae sunt iniquitates  
 et quorum tecta sunt peccata.

*R/ In eis secunda mors non habebit potestatem.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ In eis secunda mors non habebit potestatem.*

*Oratio* (OV 917; T35.4, 373; T35.6, 202; L6, 620)

Concede nobis, Domine,  
per fidem resurrectionis tuae gaudium beatitudinis infinitae;  
ut in hac prima resurrectione partem habentes,  
illius secundae resurrectionis  
gaudia mereamur invenire felices.

*R/ Amen.*  
Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 320; T35.4, 374; T35.6, 203; L6 621)

(Ps 46, 7; cfr. Ps 96, 7; Jdt 16, 2; Ps 116, 1)

Psallite Deo nostro in voce psalmi, alleluia,  
in tubis abietum iubilate regi Domino, alleluia, alleluia.  
*V/ Incipite Domino in tympanis,*  
cantate Deo in cymbalis.  
*R/ In tubis abietum iubilate regi Domino, alleluia, alleluia.*  
*V/ Laudate Dominum omnes gentes,*  
laudate eum omnes populi.  
*R/ In tubis abietum iubilate regi Domino, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ In tubis abietum iubilate regi Domino, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 918; T35.4, 375; T35.6, 204; L6, 622)

Psallimus tibi, Domine, in voce psalmi,  
qui nos morte tua a mortis imperio redemisti;  
petentes a te,  
ut qui nos resurgens suscitasti ad vitam,  
tempore iudicii tui non ad poenam,  
sed ad aeternam nos resuscites gloriam.  
*R/ Amen.*  
Ipsò praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti

in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 320-321; T35.4, 376; T35.6, 205; L6, 623)

(Cfr. Ps 106, 2; cfr. Ps 135, 24; cfr. Ps 113, 21)

Laetamini caeli quoniam misertus est Dominus populo suo,  
gaudete fundamenta terrae et exultate montes et colles  
et omnia ligna silvae  
quia redemit nos Deus, alleluia.

*V/ Laudem dicite Domino Deo nostro omnes servi eius,*  
*et qui timetis eum pusilli et magni.*

*R/ Quia redemit nos Deus, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quia redemit nos Deus, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 649)

Tu es Domine Deus, et non est alius praeter te;  
nec tamen ipse concluderis,  
quem extrema terrae agnoverunt,  
dum a te fidei vocatione pertracta sunt;  
da ergo nobis, ut ita in te radicemur,  
ut cultu iustitiae et operum dignitate  
aeternam mereamur pervenire ad requiem.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 616-617; MPs 173-175, 364; T35.4, 601; T35.6, 370; L6, 376, 723)

(Ex 15,1-19)

*Antiphona* (AL 288, 309, 313, 315, 321; T35.4, 233, 271, 309, 377; T35.6, 79, 118, 151, 206; L6, 20, 58, 140, 161, 197, 267, 374, 589, 624; Br Goth 640; cfr. Br Goth 621, 630)

(Ex 15,1)

Alleluia, cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.

“Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, \* equum  
et ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea et robur meum Dominus, \* et factus est mihi  
in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum; \* Deus patris mei, et exaltabo eum!  
Dominus quasi vir pugnator; \* Iahveh nomen eius!  
Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, \* electi bellatores eius submersi sunt in mari Rubro.  
Abyssi operuerunt eos, \* descenderunt in profundum quasi lapis.  
Dextera tua, Domine, magnifice in fortitudine, \* dextera tua, Domine, percussit inimicum.  
Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos; \* misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam.  
Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae; \* stetit ut agger unda fluens,  
coagulatae sunt abyssi \* in medio mari.  
Dixit inimicus: “Persequar, comprehendam; \* dividam spolia implebitur anima mea:  
evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea!”.  
Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare; \* submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.  
Quis similis tui in diis, Domine? \* Quis similis tui, magnificus in sanctitate,  
terribilis atque laudabilis, \* faciens mirabilia?  
Extendisti manum tuam, \* devoravit eos terra.  
Dux fuisti in misericordia tua \* populo, quem redemisti,  
et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum tuum.  
Attenderunt populi et commoti sunt, \* dolores obtinuerunt habitatores Philistiae.  
Tunc conturbati sunt príncipes Edom, + potentes Moab obtinuit tremor, \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.  
Irruit super eos formido et pavor; \* in magnitudine brachii tui fiunt immobiles quasi lapis,  
donec pertranseat populus tuus, Domine, \* donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.  
Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae, \* firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,  
sanctuario, Domine, \* quod firmaverunt manus tuae.  
Dominus regnabit \* in aeternum et ultra!”.  
Ingressi sunt enim equi pharaonis cum curribus et equitibus eius in mare, \* et reduxit super eos Dominus aquas maris;  
filii autem Israel \* ambulaverunt per siccum in medio maris.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Alleluia, cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.

*Oratio de cantico* (Br Goth 622)

Cantabimus tibi, Domine,  
et cum omni laude cantabimus:  
quia equum et ascensorem proiecisti in mare;  
ita diabolum cum exercitibus suis  
suffoces eadem virtute.

Quis similis tibi in diis, Domine? Quis similis tibi?

Gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus,  
faciens prodigia, cunctis gentibus et populis praedicanda.

*R/* Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Benedictiones*

*Antiphona* (T35.4, 235, 272, 310, 345, 378; T35.6, 80, 152, 207; L6, 21, 59, 141, 162, 268, 590, 625; AL 138, 151, 170, 288, 494, 495, 496)  
(Dn 3, 52)

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis  
et gloriosus in saecula, alleluia, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et  
gloriosus in saecula, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Sonus* (AL 288, 309, 313; T35.4, 236, 273; T35.5, 733, 789, 823; T.35.6, 120, 205; L6, 22, 60, 142, 163, 199, 269; Br Goth 617-618, 622, 625, 633, 644, 646, 649, 651)

(Ps 3,6-7)

Ego dormivi et quievi, et resurrexi  
quoniam Dominus suscitavit me, gloria mea, alleluia.  
*V/* Non timebo millia populi circumdantis me,

exurge, Domine, salva me, Deus meus.

*R/ Gloria mea, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Gloria mea, alleluia.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 235, 618, 622, 625, 627, 630; T35.4, 725; T35.5, 734, 790; L6, 61, 305, 331, 344, 357, 627, 726; AL 83, 288)

(Ps 148, 1)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 652)

(Apc 22, 1-5)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Ego Ioannes fui in spiritu, et ostendit mihi fluvium aquae vitae splendidum tamquam crystallum, procedentem de throno Dei et Agni. *In medio plateae eius et fluminis ex utraque parte lignum vitae afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum; et folia ligni ad sanitatem gentium.* Et omne maledictum non erit amplius. Et thronus Dei et Agni in illa erit; et servi eius servient illi et videbunt faciem eius, et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit, et non egent lumine lucernae neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit super illos, et regnabunt in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 618-619, 620, 622, 623, 625, 626, 628, 631, 633, 634, 636, 640, 644, 647, 649, 652; T35.5, 736, 774, 792, 825)

Hic est dies verus Dei  
sancto serenus lumine,  
quo diluit sanguis sacer  
probosa mundi crimina.

Quid hoc potest sublimius,  
ut culpam quaerat gratia?  
metumque solvat charitas,  
reddatque mors vitam novam?

Fidem refundens perditis,  
coecosque visu illuminans,  
quo nos gravi solvit metu,  
latronis absolutio.

Qui praemio mutans crucem,  
Iesu brevi adquisivit fidem:  
iustoque brevior gradu  
pervenit in regnum Dei.

Hoc opus stupent angeli,  
poenam videntes corporis;  
Christoque adhaerentem reum  
vitam beatam carpere.

Mysterium mirabile!  
ut ablaut mundi luem,  
peccata tollat omnium  
carnis vitia mundans caro.

Hamum sibi mors devoret,  
suisque se nodis liget?  
moriatur Vita hominum,  
resurgat Vita omnium?

Dum mors per omnes transeat,  
omnes resurgent mortui?  
consumpta mors ictu suo,  
perisse se solam gemat?

Quaesumus, auctor omnium,  
in hoc paschali gaudio  
ab omni mortis impetu  
tuum defende populum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis;  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterna saecula. Amen.

### *Versus (AL 288)*

(Lc 24, 34)

*V/ Surrexit enim Dominus vere.*

*R/ Et apparuit Simoni.*

### *Supplicatio (Br Goth 619)*

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

### *Compleuria (OV 874; T35.5, 739; Br Goth 619)*

Christe Dei Filius, qui venerabilis diei huius excussum,  
et prius a te conditae lucis  
et post tuae resurrectionis mysterio consecrasti,  
dum singularis triumphator inferni olim in hoc die,  
devicto diabolo, triumphasti:  
da nobis, ut de sepulchris vitiorum exeamus ad te,  
lumen verum,  
qui es resurrectionis nostrae principium,  
ut, quia in te mors ultra nullo modo dominabitur,  
per resurrectionis tuae potentiam,  
quam verissime profitemur,

peccata nostra amodo nobis nullatenus dominantur;  
 ut, qui matutinum sacrificium pro nobis ipse oblatus es,  
 in hoc resurrectionis tuae tempore  
 matutino ab omni nos iubeas purificari piaculo.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio (OV 875)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui hodierni diei cursum,  
 et in creationis principio lumini,  
 et nunc resurrectionis suae mysterio dedicavit,  
 ipse in vobis, et quod creavit illuminet,  
 et quod redemit sine fine sanctificet.

*R/ Amen.*

Quique resurrectione sua iustificationem exhibuit mundo,  
 ab omni vos expurget humanae conluvionis contagio.

*R/ Amen.*

Ut per eum vobis mors vitiorum occurrat,  
 per quem resurrecti cupitis pervenire ad gloriam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum (Br Goth 643)*

(Ps 103, 2-3)

Sapientia Dei super lapides pretiosos est, alleluia;  
 habitatio eius in vasa aurea, alleluia.

Prudentia sua de thesauro invisibili procedit,  
alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Extendens caelos sicut pellem,*  
*qui tegit in aquis superiora eius.*  
*R/ Prudentia sua de thesauro invisibili procedit,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Prudentia sua de thesauro invisibili procedit,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio (Br Goth 643)*

Rex magne et terribilis Domine,  
tibi in omnibus gentibus vera iubilet fides;  
et praesta, ut non solum voce,  
sed et mente tibi psallamus, qui es rex noster,  
ut tecum sine fine vivamus.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius divinitatis clementia,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum (AL 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346, 351; T35.4, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 456; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661 (Ps 73,13-14.17.15)*

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

- V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,  
tu contribulasti capita draconum super aquas.  
R/ Tu fecisti solem et lunam.  
V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,  
posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.  
Tu confregisti caput draconis magni,  
et dedisti eum in escam populo Aethiopum.  
R/ Tu fecisti solem et lunam.  
V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.  
R/ Tu fecisti solem et lunam.  
V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.  
R/ Tu fecisti solem et lunam.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscant:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.  
Dona ergo mentibus nostris  
in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
et te solem iustitiae  
perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
quatenus nocturnas tenebras  
tua semper valeamus illuminatione vitare.  
R/ Amen.  
Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.  
R/ Amen.

*Sonus* (Br Goth 650)

(Ps 46, 2.7-8)

Omnis gentes plaudite manibus,  
iubilate Deo in voce exultationis, alleluia.  
V/ Psallite Deo nostro, psallite;  
psallite Regi nostro, psallite.  
Quoniam rex omnis terrae Deus, psallite.  
R/ In voce exultationis, alleluia.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.

*R/ In voce exultationis, alleluia.*

*Antiphona* (Br Goth 652; AL 293; T35.4, 4; L6, 6)

(Apc 5, 6; 19, 16; Ps 144, 3)

Vidi agnum quasi occisum in medio seniorum,  
habebat enim in veste et in capite scriptum:

Rex regum et Dominus dominorum.

V/ Magnus Dominus et laudabilis nimis,  
et magnitudinis eius non est finis.

*R/ Et in capite scriptum:*

Rex regum et Dominus dominorum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et in capite scriptum:*

Rex regum et Dominus dominorum.

*Alleluiaiticum* (Br Goth 652)

(Cfr. Ps 113, 21; Ps 133, 1)

Laudem dicunt Deo nostro omnes qui timetis eum,  
pusilli et magni, alleluia, alleluia.

V/ Ecce nunc benedicte Dominum,  
omnes ervi Domini.

*R/ Qui timetis eum, pusilli et magni, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Qui timetis eum, pusilli et magni, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 641-642, 645, 647, 650, 652; MPs 225; T35.4, 6, 237,  
275, 627, 635, 639, 647; L6, 47, 62, 129, 397, 404, 593, 671, 685, 691,  
704, 771; AL 288)

Psallat altitudo caeli,  
psallant omnes angeli,  
quidquid est virtutis usquam  
psallat in laudem Dei:  
nulla linguarum silescat  
vox; sed omnis consonet.

Corde natus ex Parentis  
ante mundi exordium,  
alpha et omega cognominatus;  
ipse fons, et clausula  
omnium, quae sunt, fuerunt  
quaeque post futura sunt.

Da puer plectrum, choreis  
ut canam fidelibus  
dulce carmen, et melodum,  
gesta Christi insignia,  
hunc camoena nostra solum  
pangat, hunc, laudet lyra.

Christus est, quem rex sacerdos  
adfuturum protinus  
infulatus concinebat  
voce, corda, et tympano,  
spiritum caelo fluentem  
per medullas hauriens.

Facta nos, et iam probata  
pangimus miracula.  
Testis est orbis; nec ipsa  
terra quod vidit, negat;  
cominus Deus docendis  
proditum mortalibus.

Ipse iussit et creata:  
dixit ipse, et facta sunt:  
terra, caelum, fossa ponti,  
trina rerum machina,  
quaeque in his vigent sub alto  
solis, et lunae globo;

O beatus ortus ille,  
virgo cum puerpera  
edidit nostram salutem,  
foeta Sancto Spiritu;  
et puer Redemptor orbis  
os sacratum protulit.

Gloria et honor Deo  
usquequaque Altissimo,  
una Patri Filioque,  
inlyto Paraclito;  
cui laus, et potestas  
per aeterna saecula. Amen.

*Versus* (T35.4, 222; L6, 47, 379, 509; MPs 228, 231)

(Ps 117, 24)

V/ Hic est dies quem fecit Dominus.  
R/ Exultenus et laetemur in eo.

*Supplicatio* (Br Goth 619)

Oremus.

Redemptorem mundi, Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nos gloria resurrectionis suae propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria* (OV 876; T35.4, 14; T35.5, 775; L6, 8; Br Goth 620)

Deus, cuius unum hunc ex omnibus duximus diem,  
in quo creatis rebus omnibus  
voluisti esse et praesentis lucis indicem,  
et aeterni luminis testem,  
ut in eo surgeret illuminatio temporum,  
atque in eo surgeret illuminatio animarum;  
quique dominicae et operatione primus,  
et resurrectionis idoneus revolutus in circulo,  
et reductus in calculo,  
paschalis sollemnitatis inciperet mysterium,

et concluderet sacramentum:  
 respice in hoc tempore acceptabili, et in hac die salutis  
 super servos tuos, Domine,  
 quos redemisti de captivitate nequitiae spiritali  
 tropeo dominicae passionis,  
 quo agni tui sanguine tintos,  
 ne vastator lederet, liberasti;  
 esto nobis previus in solitudine vitae huius,  
 quo et in diem calorem temptationis nostrae  
 quasi nubis protegens obumbres,  
 et in nocte a tenebris peccatorum nos,  
 quasi columna ignis, illumines;  
 ut dum ades ad salutem, perducas ad requiem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictio (OV 875)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui hodierni diei cursum,  
 et in creationis principio lumini,  
 et nunc resurrectionis suae mysterio dedicavit,  
 ipse in vobis, et quod creavit illuminet,  
 et quod redemit sine fine sanctificet.

*R/ Amen.*

Quique resurrectione sua iustificationem exhibuit mundo,  
 ab omni vos expurget humanae conluvionis contagio.

*R/ Amen.*

Ut per eum vobis mors vitiorum occurrat,  
 per quem resurrecti cupitis pervenire ad gloriam.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 650)

(Ps 97, 5; Ps 65, 1b-2a)

Alleluia, psallite Domino in cithara, alleluia,  
in cithara et voce psalmi, alleluia, alleluia.

V/ Iubilate Deo omnis terra,  
psalmum dicite nomini eius.

R/ In cithara et voce psalmi, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ In cithara et voce psalmi, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 650)

Domine admirabilis et immense,  
humiles nos propitius tam effice quam intende;  
ut quia nomen tuum admirabile est in omni terra,  
veritatis in nos solidius cumules disciplinam.

R/ Amen.

Auxiliante misericordia divinitatis suae,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

**Feria II post sextam dominicam Paschae****Ad matutinum**

*Ut in feria II post quartam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

*Lectio*

(Apc 18, 1-8)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

R/ Deo gratias.

Ego Ioannes fui in spiritu et vidi alium angelum descendente de caelo, habentem potestatem magnam; et terra illuminata est a claritate eius. Et clamavit in forti voce dicens: “Cecidit, cecidit Babylon magna et facta est habitatio daemoniorum et custodia om-

nis spiritus immundi et custodia omnis bestiae immundae et odibilis; quia de vino irae fornicationis eius biberunt omnes gentes, et reges terrae cum illa fornicati sunt, et mercatores terrae de virtute deliciarum eius divites facti sunt!”.

Et audivi aliam vocem de caelo dicentem: “Exite de illa, populus meus, ut ne comparticipes sitis peccatorum eius et de plagis eius non accipiatis, quoniam pervenerunt peccata eius usque ad caelum, et recordatus est Deus iniquitatum eius. Reddite illi, sicut et ipsa reddidit, et duplicate duplicita secundum opera eius; in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum. Quia in corde suo dicit: “Sedeo regina et vidua non sum et luctum non videbo”, ideo in una die venient plagae eius, mors et luctus et fames, et igne comburetur, quia fortis est Dominus Deus, qui iudicavit illam”.

*R/ Amen.*

### **Ad vesperum**

*Ut in II feria post quartam dominicam Paschae.*

### **Feria III post sextam dominicam paschae**

#### **Ad matutinum**

*Ut in III feria post quartam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

#### *Lectio*

(Apc 18, 9-19)

Apocalypsis Ioannis apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Et flebunt et plangent se super illam reges terrae, qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendi eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: “Vae, vae, civitas illa magna, Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit iudicium tuum!”.

Et negotiatores terrae flent et lugent super illam, quoniam mercem eorum nemo emit amplius: mercem auri et argenti et lapidis

pretiosi et margaritarum, et byssi et purpurae et serici et cocci, et omne lignum thyinum et omnia vasa eboris et omnia vasa de ligno pretiosissimo et aeramento et ferro et marmore, et cinnamomum et amomum et odoramenta et unguenta et tus, et vinum et oleum et similam et triticum, et iumenta et oves et equorum et raedarum, et mancipiorum et animas hominum. Et fructus tui, desiderium animae, discesserunt a te, et omnia pinguia et clara perierunt a te, et amplius illa iam non invenient.

Mercatores horum, qui divites facti sunt ab ea, longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes ac lugentes, dicentes: “Vae, vae, civitas illa magna, quae amicta erat byssino et purpura et coco, et deaurata auro et lapide pretioso et margarita, quoniam una hora desolatae sunt tantae divitiae!”.

Et omnis gubernator et omnis, qui in locum navigat, et nautae et, quotquot maria operantur, longe steterunt et clamabant, videntes fumum incendii eius, dicentes: “Quae similis civitati huic magnae?”. Et miserunt pulverem super capita sua et clamabant, flentes et lugentes, dicentes: “Vae, vae, civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habent naves in mari, de opibus eius, quoniam una hora desolata est! Exulta super eam, caelum, et sancti et apostoli et prophetae, quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa!”.

R/ Amen.

### **Ad vesperum**

*Ut in III feria post quartam dominicam Paschae.*

### **Feria IV post sextam dominicam Paschae**

*Ut in IV feria post quartam dominicam Paschae, excepto lectio biblica.*

#### *Lectio*

(Apc 18, 21-24)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens: “Impetu sic mittetur Babylon magna

illa civitas et ultra iam non invenietur. Et vox citharoedorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in te amplius, et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius, et vox molae non audietur in te amplius, et lux lucernae non lucebit tibi amplius, et vox sponsi et sponsae non audietur in te amplius; quia mercatores tui erant magnates terrae, quia in beneficiis tuis erraverunt omnes gentes, et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est et omnium, qui interfecti sunt in terra!".

*R/ Amen.*

## IN ASCENSIONE DOMINI

### **Ad vesperum**

#### *Oblatio luminis*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Vespertinum* (AL 329; T35.4, 505, 568; T35.6, 273, 335)

(Ps 140, 2)

Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.  
V/ Dirigatur, Domine, oratio mea in conspecto tuo  
sicut incensum.

*R/ Sacrificium vespertinum.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Sacrificium vespertinum.*

*Sonus* (AL 329; T35.6, 274)

(Ps 67, 33-34)

Alleluia, regna terrae cantate Deo, alleluia, alleluia.  
Psallite Domino, psallite Deo nostro, alleluia.

V/ Qui ascendit super caelos caelorum ad orientem,  
ecce dabit vocem suam, vocem virtutis sua alleluia.

*R/ Psallite Domino, psallite Deo nostro, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Psallite Domino, psallite Deo nostro, alleluia.*

*Antiphona* (AL 329; T35.4, 507; T35.6, 275; Br Goth 653)  
 (Dt 33, 26; Ps 103, 3)

Ascensor caeli auxiliator noster,  
 magnificentia eius discurrunt nubes  
 habitatio eius sursum.

V/ Qui ponis nubem ascensum tuum,  
 qui ambulas super pinnas ventorum.

R/ Habitatio eius sursum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Habitatio eius sursum.

*Antiphona* (AL 329; T35.4, 508; T35.6, 276)  
 (IVEsr 8, 21; Ps 46, 6)

Inaestimabilis thronus Dei nostri  
 et gloria eius incomprehensibilis,  
 ipsi adstat exercitus angelorum cum tremore.

V/ Ascendit Deus in iubilatione,  
 Dominus in voce tubae.

R/ Ipsi adstat exercitus angelorum cum tremore.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ipsi adstat exercitus angelorum cum tremore.

*Alleluiaiticum* (AL 329; T35.4, 509; T35.6, 277)  
 (Cfr. Apc 4, 2-3; 1, 5; 19, 5; 14, 7; 19, 5; Ps 112, 4)

Vidi sedem magnam, alleluia,  
 et qui sedebat super eam ipse vocatur testis fidelis,  
 et vox de throno exivit dicens:  
 adorate et collaudate Dominum  
 omnes servi eius, alleluia.

V/ Excelsus super omnes gentes Dominus,  
 super caelos gloria eius.

R/ Adorate et collaudate Dominum  
 omnes servi eius, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Adorate et collaudate Dominum  
 omnes servi eius, alleluia.

*Hymnus* (Br Goth 653-654, 657; AL 329, 331; T35.4, 510, 546; T35.6, 278, 312; L6, 646, 409)

Aeterne Rex altissime,  
Redemptor et fidelium:  
quo mors soluta deperit,  
datur triumphus gratiae.

Quem lex subacta tartari,  
marcens averno dispulit;  
carens mucrone pessimo,  
throno remisit patrio.

Scandens tribunal dexteræ  
Patris: potestas omnium  
collata Iesu est caelitus,  
quae non erat humanitus.

Ut trina rerum machina:  
caelestium, terrestrium,  
et inferorum condita  
flectant genu iam subdita.

Nec sit salus ullo modo  
tuo fortis vocabulo;  
a quo creata cuncta sunt,  
et recreata sancta sunt.

Haec tanta Christi gratia  
nexum tullit peccaminum;  
sumpsitque corpus proprium,  
totumque possidet polum.

Tremunt videntes angeli,  
versa vice mortalium,  
culpat caro, et purgat caro,  
regnat Deus, Dei caro.

Quae praeminet virtutibus  
summis procul caelestibus:  
Deus caro, atque spiritus,  
plenus Deus verusque homo.

Dicunt ex astris angeli,  
demum reverti huiusmodi,  
quem nos redire credimus  
regnare prorsus novimus.

Tu Christe nostrum gaudium,  
manens Olympo praeditum,  
mundi regis qui fabricam,  
mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes quaesumus,  
ignosce culpis omnibus;  
et corda sursum subleva  
ad te superna gratia.

Ut cum rubente cooperis  
clarere nube Iudicis,  
poenas repellas debitas,  
reddas coronas perditas.

Da nobis illuc sedula  
devotione tendere,  
quo te sedere cum Patre,  
in arce regni, credimus.

Gloria tibi Domine,  
qui scandis super sidera,  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 329, 334)

(Ps 112, 4)

V/ Excelsus super omnes gentes Dominus.

R/ Super caelos gloria eius.

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.

Redemptorem mundi

Dominum nostrum Iesum Christum,

cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gloria Ascensionis suaे  
 propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 996; Br Goth 654; T35.4, 511; T35.6, 279)

Ascensionis tuae, Christe Domine,  
 festa suscipientibus adesto propitius, et fave placatus;  
 quique carnis nostrae fragilitatem tecum glorificandam  
 in caelestibus devexisti,  
 culparum veterum tolle putredinem,  
 et vitae nobis pristinae redditio dignitatem;  
 ut illic te credendo concendere mereamur,  
 quo te veraciter concendisse nunc credimus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 997; Br Goth 654; T35.4, 512; T35.6, 280)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus, qui adsumptum hominem  
 paternam ascendendo perduxit ad sedem,  
 perducat vos ad aeternae gloriae libertatem.

*R/ Amen.*

Quique, si exaltatus esset a terra,  
 promisit omnia trahere ad se ipsum,  
 nullum ex vobis patiatur a suo esse corpore separatum.

*R/ Amen.*

Sed sibi vos sine fine coronandos statuat,  
 qui solus in vestro corpore ascendendo

caelorum penetravit secreta.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 329; T35.4, 513; T35.6, 281)

(Ps 102, 1; Ps 103, 3b-4)

Benedic anima mea Domino, alleluia.

Qui ponit nubem ascensum suum, alleluia.

V/ Qui facit angelos suos spiritus, alleluia, alleluia.

*R/ Qui ponit nubem ascensum suum, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Qui ponit nubem ascensum suum, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli  
regnum forte, et potens, et honoratum dedit,  
dum omnia potestati tuae subiecit;  
cui millia millium angelorum ministrant,  
da requiem populo tuo  
ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus:  
ut qui ascendisti gloriosus in caelum,  
mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

### Ad matutinum

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 329, 36, 50, 56, 110, 336, 354, 395, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 514, 576, 593, 628, 640, 820, 821, 822, 834; T35.6, 353, 362, 520, 775, 812; T35.7, 186; L4, 236, 297, 340, 488, 545; L5, 39, 115, 195, 427, 454, 577, 646, 673, 724, 755, 792, 848, 1049, 1093, 1125; L6, 674, 693, 715; S6, 420; Br Goth 88, 237, 502; MPs 333, 335, 339)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 998; T35.4, 515; T35.6, 283)

Christe, gloria nostra,  
gloriam summam tibi soli debitam,  
per nostram dignanter suscipe, quae sumus, obsequiam,  
atque illic, quo ipse glorificatus ascendisti post mortem,  
cordis nostri caput erige post soporem;  
ut et in monte sancto tuo sanctorum consortiis conectamur,  
et cum eis caelestis regni ianuas ovantes intremus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### Missa I

*Ant.* (AL 329; T35.4, 516; T35.6, 284)

(Eph 4, 8; Ps 46, 6)

Ascendit in altum, coepit captivitatem,  
dedit dona hominibus,

Dominus Deus, benedictus de die in diem.

*V/ Ascendit Deus in iubilatione,*

Dominus in voce tubae.

*R/ Dominus Deus, benedictus de die in diem.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*

in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Dominus Deus, benedictus de die in diem.*

*Oratio* (OV 999; T35.4, 517; T35.6, 285)

Domine, qui ascendisti in altum,  
 captivam ducens captivitatem,  
 nos a captivitate diaboli  
 victoriae tuae conquire triumphis;  
 ut, dona tua dum hominibus tribuis,  
 ipsos homines donorum tuorum reddas ex toto participes.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 330; T35.4, 518; T35.6, 286)

(Ps 46, 6-8; Ps 67, 18)

Ascendit Deus in iubilatione, Dominus in voce tubae;  
 psallite Deo nostro psallite, psallite Regi nostro psallite.  
 Quoniam rex omnis terrae Deus, psallite prudenter.

*V/ Currus Dei decem milibus,*  
 multiplex milia laetantiam Dominus in eis.

*R/ Quoniam rex omnis terrae Deus, psallite prudenter.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Quoniam rex omnis terrae Deus, psallite prudenter.*

*Oratio* (OV 1000; T35.4, 519; T35.6, 287)

Domine, qui in cruce pro nobis humilis pependisti,  
 et ad caelum triumphali iubilo concendisti:  
 fac nos et crucem tuam te sequendo portare,  
 et ascensione tua semper ad excelsa pertendere;  
 illa nos tibi societ, ista glorificet,  
 ut et passioni tuae corporis mortificatione iungamur,  
 et gloriae cordis ascensione participemur.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
 qui vivit cum Deo Patre, et regnat cum Spiritu Sancto,  
 unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 330; T35.4, 520; T35.6, 288)

(Ps 67, 33-34; Ps 116, 1)

Regna terrae cantate Deo alleluia,  
psallite Domino  
qui ascendit super caelos caelorum ad orientem;  
ecce dabit vocem suam, vocem virtutis, alleluia, alleluia.  
V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.  
R/ Ecce dabit vocem suam, vocem virtutis, alleluia, alleluia.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Ecce dabit vocem suam, vocem virtutis, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1001; T35.4, 521; T35.6, 289)

Domine Iesu,  
qui ascendisti super caelos caelorum ad orientem,  
occasum nostrum tuo occasu devincens,  
quos in te suscepisti redimendos,  
in te perfice ad excelsa tollendos;  
ut ubi caput precessisti glorificatum,  
illic totum corpus attrahas honorandum,  
nec in occiduum mundi relinquas,  
quos ad orientem perpetuum verus triumphator exaltas.  
R/ Amen.  
Ipso auxiliante Domino,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.  
R/ Amen.

*Responsorium* (AL 330; T35.4, 522; T35.6, 290)

(Eph 4, 10)

Ierusalem civitas sancta,  
exaltabitur thronus imperantis in te super sidera,  
et erit tibi laetitia magna in hereditate tua, alleluia;  
quia ecce salvator tuus ascendet in nubibus caeli,  
ut possideat regnum in gloria aeterna, alleluia, alleluia.  
V/ Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes caelos.  
R/ Ut possideat regnum in gloria aeterna, alleluia, alleluia.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Ut possideat regnum in gloria aeterna, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1002; T35.4, 523; T35.6, 291)

Domine Iesu Christe, qui sublevatus in ethera,  
 exaltasti thronum tuum in Ierusalem civitatem tuam,  
 quae est utique ecclesia sancta tua,  
 dum eam gloriose conquiris,  
 et ab ea triumphaliter ad Patrem ascendis,  
 dilatans videlicet in ea imperium evangelii tui,  
 et thronum potestatis tuae glorificans,  
 dum in assumpto homine  
 ascensionis tuae gloriam manifestas:  
 praesta, ut in te sit nobis laetitia magna in hereditate tua,  
 dum hoc, quod nunc credimus in spe,  
 te donante meruerimus contemplari in specie;  
 sint ergo in nobis,  
 et vota tibi placita et operatio ipsa accepta,  
 ut continuo tecum possideamus regnum in gloria sempiterna.

*R/ Amen.*

Ipso praestante,  
 qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa II*

*Antiphona* (AL 330; T35.4, 524; T35.6, 292; Br Goth 655)

(Act 1, 11; Ps 67, 33-34)

Viri galilaei quid statis aspicientes in caelum,  
 hic Iesus qui receptus est a vobis sic veniet,  
 quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum.

*V/ Regna terrae cantate Deo,*  
*psallite Domino qui ascendit*  
*super caelum caeli ad orientem.*

*R/ Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum.*

*Oratio* (OV 1003; T35.4, 525; T35.6, 293; Br Goth 655)

Salvator noster et Domine, qui ascendens in caelos,  
 intuentium clarificatus apparere dignatus es oculis,

dum ita, ut ascenderas, te venturum ad iudicium polliceris:  
 fac nos hodiernae ascensionis tuae festum  
 pura cordium devotione suscipere;  
 ut ita in te semper ad melius vita nostra ascendendo proficiat,  
 qualiter, te ad iudicium veniente,  
 inconfusibili contuitu te semper visionis aspiciat.

*R/ Amen.*

Ipso praestante, qui cum Deo Patre  
 vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 330; T35.4, 526; T35.6, 294)

(Apc 14, 14; Ps 44, 7)

Vidi nubem candidam,  
 et in nubem sedentem filium hominis  
 habentem in capite coronam auream.

*V/ Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi,*  
*virga directionis virga regni tui.*

*R/ Habentem in capite coronam auream.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Habentem in capite coronam auream.*

*Oratio* (OV 1004; T35.4, 527; T35.6, 295)

Christe, Dei Filius, qui et in nube glriosus aspiceris,  
 et in caelos glriosus triunphator ascendis:  
 da nobis, ut te semper in veritate videntes,  
 visionis tuae semper lucro fruamur;  
 ut, qui devicta morte  
 paternam ascendendo repetis sedem,  
 peracto mundi termino,  
 placabilis nobis iubeas apparere  
 in aeternitatis illius tuae gloriae maiestate.

*R/ Amen.*

Ipso praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 330; T35.4, 528; T35.6, 296)

(Cfr. IVEs 13, 51b. 3-4; Ps 67, 34; Ps 113, 11)

Vidi virum ascendentem de corde maris alleluia,  
et elevatum in nubibus caeli,  
et ubicumque faciem suam ostendebat  
laudabant omnes,  
et ubicumque vox eius resonabat,  
tabescebant omnes,  
quia audiebant eum alleluia, alleluia.

V/ Ascendit super caelum caeli ad orientem,  
ecce dabit voci suae vocem virtutis.

R/ Quia audiebant eum alleluia, alleluia.

V/ Deus autem noster in caelo,  
omnia quaecumque voluit fecit.

R/ Quia audiebant eum alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quia audiebant eum alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1005; T35.4, 529; T35.6, 297; Br Goth 655)

Unigenite Dei Filius, qui devicta morte  
de terrenis ad caelestia transitum faciens,  
quasi a corde maris ascendens  
elevatus in nubibus exaltaris:  
praebe nobis, ut nullis flagitiorum vinculis  
in corde huius saeculi illigemur,  
qui te ad Patrem ascendisse  
gloriosa fidei devotione concinimus;  
ut illic indesinenter cordis nostri dirigatur obtutus,  
quo tu ascendisti post vulnera gloriosus.

R/ Amen.

Subsequente illius magna potentia,  
qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto  
in omnia semper saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL 330-331; T35.4, 530; T35.6, 298; Br Goth 655-656)

(Ps 23, 8)

Curvati sunt caeli  
dum calcaret capita nubium creator astrorum,

et dum ascenderet caelos dominator omnium  
tremore concussus est numerus angelorum  
clamantium et dicentium:  
quantus est iste cui throni et dominationes occurunt,  
alleluia, alleluia.

*V/ Quis est iste rex gloriae?*

*Dominus virtutum ipse est rex gloriae.*

*R/ Cui throni et dominationes occurunt, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Cui throni et dominationes occurunt, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1006; T35.4, 531; T35.6, 299; L6, 633; Br Goth 656)

Domine Iesu Christe, creator astrorum,  
qui inclinasti capita nubium,  
dum te humiliasti in conversatione mortalium,  
ut in eo corpore,  
quo pro nobis probra sustinuisti impiorum,  
in ipso ascenderes super omnes caelos caelorum  
et laudes sumeres angelorum:  
exaudi nos propitius,  
et hoc nobis concede placatus,  
ut absoluti criminibus,  
illic te nunc praevium sequamur corde  
quo tu ascendisti glorificatus in homine;  
ut te etiam tunc contemplari possimus conditorem  
et dominum aeternum in maiestate,  
quem nunc verum Deum praestolamur et iudicem.  
*R/ Amen.*

Quia multum misericors est  
Dominus noster Iesus Christus,  
vivens cum Patre et regnans cum Spiritu Sancto  
in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

### *Missa III*

*Antiphona* (AL 331; T35.4, 532; T35.6, 300; L6, 634)

(Io 16, 33; 14, 28b; Lc 24, 49; Ps 67, 5)

Gaudete quia vici mundum et vado ad Patrem,  
vos vero sedete in civitatem

quoadusque induamini virtutem ex alto.  
 V/ Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius,  
 iter facite ei qui ascendit super occasum.  
 R/ Vos vero sedete in civitatem  
 quoadusque induamini virtutem ex alto.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Vos vero sedete in civitatem  
 quoadusque induamini virtutem ex alto.

*Oratio* (OV 1007; T35.4, 533; T35.6, 301; L6, 635)

Gaudemus, Domine, quia mundum vicisti,  
 et ad Patrem triumphaliter ascendisti:  
 nobis ergo, in civitate Domini virtutum,  
 id est in complexu ecclesiae tuae catholicae residentibus,  
 ab alto infunde virtutem,  
 qui in altis habitans virtus Patris agnosceris,  
 et cum ipso in unitate Spiritus Sancti dominaris.  
 R/ Amen.  
 Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
 R/ Amen.

*Antiphona* (AL 331; T35.4, 534; T35.6, 302; L6, 636)

(Io 20, 17b; Ps 49, 1)

Ascendo ad Patrem meum et ad Patrem vestrum,  
 ad Deum meum et ad Deum vestrum.  
 V/ Deus deorum Dominus locutus est,  
 et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum.  
 R/ Ad Deum meum et ad Deum vestrum.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Ad Deum meum et ad Deum vestrum.

*Oratio* (OV 1008; T35.4, 535; T35.6, 303; L6, 637)

Iesu, Dei Patris Filius, qui te post vulnera crucis  
 ascensurum ad Patrem esse testaris,  
 dignare in nostris cordibus  
 ascensus beneplacitos tibi disponere;  
 ut, qui nostro solus ascendendo es glorificatus in corpore,

ad eum, qui tibi natura, nobis adoptione est Pater,  
facias nos quandoque placituros ascendere.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto,  
unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 331; T35.4, 536; T35.6, 304; L6, 638)

(Io 14, 3a, 16, 7b.13; Ps 146, 4)

Si abiero Paraclitus veniet ad vos,  
et dum venerit ille docebit vos, alleluia, alleluia.

*V/ Qui numerat multitudinem stellarum,  
et omnibus eis nomina vocans.*

*R/ Et dum venerit ille docebit vos, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et dum venerit ille docebit vos, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1009; T35.4, 537; T35.6, 305; L6, 639)

Salvator Christe Domine, Dei Filius,  
qui consolationem Paracliti tui misurum te discipulis,  
si ad Patrem ascenderes, promisisti:  
da nobis, illud de perfecione tuae dulcedinis obtinere;  
ut, qui ascensu fidei cristianae  
te verum Deum et verum hominem  
caelos ascendisse fatemur,  
spirituali tibi semper desiderio praesentemur;  
ut te non corporaliter, sed spiritualiter perquirentes,  
ad promissa tua mereamur pertrahi beatiores.

*R/ Amen.*

Auxiliante Domino nostro Iesu Christo,  
cuius arma victricia permanent  
per numquam finita saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 331; T35.4, 538; T35.6, 306; L6, 640)

(Am 5, 8; Ps 146, 8)

Aedificabit Dominus in caelo ascensum suum,  
et pollicitationem suam in terra firmavit;  
qui vocat aquas maris et effudit eas super faciem terrae,

Dominus nomen est illi.  
 V/ Qui operit caelum nubibus  
 et parat terrae pluviam.  
 R/ Dominus nomen est illi.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Dominus nomen est illi.

*Oratio* (OV 1010; T35.4, 539; T35.6, 307; L6 641)

Domine, qui in caelo ascensum tuum aedificas,  
 et pollicitationem tuam in terra confirmas:  
 praesta nobis, ita in terra huius saeculi  
 radices operum bonorum extendere,  
 ut glorioso ascensu ad te in caelis  
 mereamur post nostrum obitum evolare,  
 qualiter a corruptionis nostrae miseria absoluti,  
 ad te coronaturi perveniamus iam liberi.

R/ Amen.

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Canticum VT* (Br Goth 878; MPs 178-179; T35.4, 541; T35.6, 308; L6, 642)

(IV Esd 8, 20-36)

*Antiphona* (AL 331; T35.4, 540; T35.6, 308; L6, 642; MPs 178-179; Br Goth 878)

(IV Esd 8, 21.23b)

Thronus tuus, Deus, inaestimabilis et gloria incomprehensibilis, cui adstat omnis exercitus angelorum cum tremore, cuius aspectus arefacit abyssos et indignatio tabescere montes.

Domine, qui habitas in aeternum, \* cuius oculi elati et superna in aerem,  
 et cuius thronus inaestimabilis \* et gloria incomprehensibilis,  
 cui adstat exercitus angelorum cum tremore, \* quorum servatio in vento et igni convertitur,  
 cuius verbum verum \* et dicta perseverantia,  
 cuius iussio fortis \* et dispositio terribilis,  
 cuius aspectus arefacit abyssos + et indignatio tabescere fa-

cit montes \* et veritas testificatur.  
 Exaudi, Domine, orationem servi tui + et auribus percipe  
 precationem figmenti tui, \* intende verba mea.  
 Dum enim vivo loquar \* et dum sapio respondeam.  
 Ne aspicias populi tui delicta, \* sed qui tibi in veritate ser-  
 viunt.  
 Nec attendas impie agentium studia, \* sed qui tua testimoni-  
 a cum doloribus custodierunt.  
 Neque cogites qui in conspectu tuo falsi conversati sunt, \*  
 sed memorare qui ex voluntate tuum timorem cognoverunt.  
 Neque volueris perdere qui pecorum mores habuerunt, \* sed  
 respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt.  
 Neque indigneris eis qui bestiis peius sunt iudicati, \* sed di-  
 ligas eos qui semper in tua gloria confiderunt.  
 Quoniam nos et patres nostri mortalibus moribus egimus, \*  
 tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.  
 Si enim desideraveris ut nostri miserearis, + tunc misericors  
 vocaberis, \* nobis enim non habentibus opera iustitiae.  
 Iusti enim, quibus sunt operae multae repositae apud te, \* ex  
 propriis operibus recipiente mercedem.  
 Quid est enim homo, ut ei indigneris, \* aut genus corruptibile,  
 ut ita amariceris de ipso?  
 In veritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit, \* et  
 de confidentibus qui non delinquit.  
 In hoc enim annuntiabitur iustitia tua \* et bonitas tua, Do-  
 mine,  
 cum misertus fueris \* eis qui non habent substantiam ope-  
 rum bonorum.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Thronus tuus, Deus, inaestimabilis et gloria incomprehensibilis,  
 cui adstat omnis exercitus angelorum cum tremore, cuius aspectus  
 arefacit abyssos et indignatio tabescere montes.

### *Oratio de cantico*

#### *Benedictiones*

*Antiphona* (AL 331; T35.4, 544; T35.6, 309; L6, 643)

(Dn 3, 54a.56)

Supra sedem regni tui, Deus, benedictus es in firmamento  
 caeli, laudabilis alleluia, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Supra sedem regni tui, Deus, benedictus es in firmamento caeli, laudabilis alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio de bendictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Sonus* (AL 331, 333; T35.4, 545, 569; T35.6, 310; L6, 644)

(Ps 46, 6a. 9)

Ascendit Deus in iubilatione, alleluia.

V/ Regnabit Dominus super omnes gentes,  
Deus sedet super sedem sanctam suam.

R/ In iubilatione, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ In iubilatione, alleluia.

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (AL 331; T35.4, 547; T35.6, 311)

(Ps 112, 6; Ps 134, 6)

Alleluia, in caelo et in terra, alleluia, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Alleluia, in caelo et in terra, alleluia, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 656-657)

(Dn 7, 9-10.13-14)

Lectio libri Danielis Prophetae.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: Ego Daniel aspiciebam, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candidum, et capilli capitum eius quasi lana munda; thronus eius flammæ ignis, rotae eius ignis accensus.

Fluvius igneus effluebat et egrediebatur a facie eius; milia milium ministrabant ei, et decies milies centena milia assistebant ei: iudicium sedit, et libri aperti sunt.

Aspiciebam ergo in visione noctis: et ecce cum nubibus caeli quasi Filius hominis veniebat et usque ad Antiquum dierum pervernit, et in conspectu eius obtulerunt eum; et data sunt ei potestas et

honor et regnum; et omnes populi, tribus et linguae ipsi servierunt: potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 653-654, 657; AL 331, 329; T35.4, 546, 510; T35.6, 312, 278; L6, 646, 409)

Aeterne Rex altissime,  
Redemptor et fidelium:  
quo mors soluta deperit,  
datur triumphus gratiae.

Quem lex subacta tartari,  
marcens averno dispulit;  
carens mucrone pessimo,  
throno remisit patrio.

Scandens tribunal dexteræ  
Patris: potestas omnium  
collata Iesu est caelitus,  
quæ non erat humanitus.

Ut trina rerum machina:  
caelestium, terrestrium,  
et inferorum condita  
flectant genu iam subdita.

Nec sit salus ullo modo  
tuo fortis vocabulo;  
a quo creata cuncta sunt,  
et recreata sancta sunt.

Haec tanta Christi gratia  
nexum tullit peccaminum;  
sumpsitque corpus proprium,  
totumque possidet polum.

Tremunt videntes angeli,  
versa vice mortalium,  
culpat caro, et purgat caro,  
regnat Deus, Dei caro.

Quae praeminet virtutibus  
summis procul caelestibus:  
Deus caro, atque spiritus,  
plenus Deus verusque homo.

Dicunt ex astris angeli,  
demum reverti huiusmodi,  
quem nos redire credimus  
regnare prorsus novimus.

Tu Christe nostrum gaudium,  
manens Olympo praeditum,  
mundi regis qui fabricam,  
mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes quaesumus,  
ignosce culpis omnibus;  
et corda sursum subleva  
ad te superna gratia.

Ut cum rubente cooperis  
clarere nube Iudicis,  
poenas repellas debitas,  
reddas coronas perditas.

Da nobis illuc sedula  
devotione tendere,  
quo te sedere cum Patre,  
in arce regni, credimus.

Gloria tibi Domine,  
qui scandis super sidera,  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterna saecula. Amen.

*Versus* (AL 331, 334; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.*

*R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.

Redemptorem mundi  
 Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gloria Ascensionis suae  
 propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 1011; Br Goth 657; T35.4, 542; T35.6, 313; L6, 647)

Domine rex gloriae,  
 qui patefactis et impletis prophetarum oraculis,  
 tamquam elevatis aeternalibus portis  
 paternam repetis sedem;  
 quia dum tua deitas eo, quo numquam discessit, regreditur,  
 humano generi caelorum aditus aperitur:  
 dona, ut illic extendatur nostra intentio,  
 quo precessit tua redemptio;  
 nec inhaereamus captiva delectatione terrenis,  
 cum iam nostri corporis caput tecum regnet in caelis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1012; T35.6, 314; L6, 648)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei Filius,  
 qui triumphali iubilo ascendit ad Patrem,  
 caelesti vos cordium ascensione glorificet.

*R/ Amen.*

Et qui in forma vestri corporis est exaltatus a terra,  
divinitatis beneficiis vos pertrahat ad superna.

*R/ Amen.*

Ut illic vestrorum omnium remunerandam pertrahat fidem,  
quo ipse glorificatus ascendit in homine.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 332; T35.4, 548)

(Cfr. Apc 4, 10; 511-12)

Ego vidi virum splendidum  
sedentem in throno claritatis suae alleluia,  
et a circuitu seniorum resonabant voces per organum  
dicentium: alleluia.

*V/ Dignus est agnus qui occisus est  
accipere virtutem et divinitatem.*

*R/ Dicentium: alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Dicentium: alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli  
regnum forte, et potens, et honoratum dedit,  
dum omnia potestati tuae subiecit;  
cui millia millium angelorum ministrant,  
da requiem populo tuo  
ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus:  
ut qui ascendisti gloriosus in caelum,  
mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 329; T35.4, 568, 505; T35.6, 335, 273)

(Ps 140, 2)

Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

V/ Dirigatur, Domine, oratio mea in conspecto tuo  
sicut incensum.

R/ Sacrificium vespertinum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Sacrificium vespertinum.

*Sonus* (AL 333, 331; T35.4, 569, 545; T35.6, 310; L6, 644)

(Ps 46, 6a. 9)

Ascendit Deus in iubilatione, alleluia.

V/ Regnabit Dominus super omnes gentes,  
Deus sedet super sedem sanctam suam.

R/ In iubilatione, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ In iubilatione, alleluia.

*Antiphona* (AL 334; T35.4, 570; T35.6, 337; L6, 669)

(Act 1, 9; Ps 67, 18)

Videntibus apostolis elevatus est Dominus,  
et nubes suscepit eum ab oculis eorum.

V/ Currus Dei decem millibus  
multiplex millia laetantium

Dominus in eis in Sina in sancto.

R/ Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.

*Alleluiaiticum* (AL 334; T35.4, 571; T35.6, 338; L6, 670)

(Eph 4, 10; Ps 113, 11)

Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes caelos  
ut adimpleret omnia, alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Deus autem noster in caelo,  
omnia quaecumque voluit fecit.*

*R/ Ut adimpleret omnia, alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Ut adimpleret omnia, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti victor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ulti criminum.

Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 334, 329)

(Ps 112, 4)

*V/ Excelsus super omnes gentes Dominus.*

*R/ Super caelos gloria eius.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.

Redemptorem mundi

Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis sua  
propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Compleuria* (OV 1013; Br Goth 657; T35.4, 573; T35.6, 340; L6, 672, 692)

Christe Dei virtus et Dei sapientia,  
 qui propter nos et nostram salutem descendens e caelis,  
 humani generis carne vestiri dignatus es,  
 ut dignantissima societate nos tua deitate vestires,  
 et quod mortale descendendo susceperas,  
 immortalitati ascendendo donares:  
 tribue nobis interventu sollemnitatis hodiernae,  
 qua te caelos ascendentem et sequi cupimus, et gaudemus;  
 ut benignissime dispensationis huiusce munera cognoscentes  
 reddamus pietati,  
 quod solum possumus, vota laudum;  
 expectantes secundi adventus tui  
 aeternorum solacia gaudiorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1014; Br Goth 658; T35.4, 574; T35.6, 341; L6, 673)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Iesus Christus Dominus  
 pacem, quam ad caelos remeans discipulis suis tradidit,  
 integrum in vobis illibatamque conservet.

*R/ Amen.*

Angelos quoque sanctos,  
 quos caelos ascensurus suo de legit obsequio,  
 vobis deputet in praesidio.

*R/ Amen.*

Ut, ipso auctore, illic erigamini fide,

quo vos assumendos speratis in requiem.

*R/ Amen.*

Ipso auxiliante Domino,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 334; T35.4, 575; T35.6, 342)

(Lc 24, 49; Jn 14, 26)

Mittam promissum Patris mei in vos,  
et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Vos autem sedete in civitate  
quoadusque induamini virtutem ex alto.*

*R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli  
regnum forte, et potens, et honoratum dedit,  
dum omnia potestati tuae subiecit;  
cui millia millium angelorum ministrant,  
da requiem populo tuo  
ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus:  
ut qui ascendisti gloriosus in caelum,  
mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

*R/ Amen.*

Ipso praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Feria VI post Ascensionem****Ad matutinum***Psalmus III*

*Antiphona* (AL 329, 36, 50, 56, 110, 336, 354, 395, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 514, 576, 593, 628, 640, 820, 821, 822, 834; T35.6, 353, 362, 520, 775, 812; T35.7, 186; L4, 263, 297, 340, 488, 545; L5, 39, 115, 195, 427, 454, 577, 646, 673, 724, 755, 792, 848, 1049, 1093, 1125; L6, 674, 693, 715; S6, 420; Br Goth 88, 237, 502; MPs 333, 335, 339)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Missa*

*Antiphona* (L6, 675; T35.4, 577; AL 161)

(Ps 20, 14. 2)

Exaltare, Domine, in virtute tua,  
cantabimus et psallimus virtutes tuas.

V/ Domine, in virtute tua laetabitur rex,  
et super salutare tuum exultabit vehementer.

R/ Cantabimus et psallimus virtutes tuas.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Cantabimus et psallimus virtutes tuas.

*Oratio* (L6, 676; LOPs 22)

Exaltare, Domine, in virtute tua,  
et cantantibus nobis laudes tuas,  
mentibus nostris concede laetitiam,  
ut percepta benedictione dulcedinis,

desideria nostra, a te Domino,  
gaudeamus esse completa.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (L6, 677; T35.4, 578; T35.6, 344; cfr. AL 335)

(Ps 88, 3.2)

In caelis praeparabitur veritas tua, Domine.  
V/ Misericordias tuas in aeternum cantabo,  
in generationem et generationem  
annuntiabo veritatem tuam.

*R/ Veritas tua, Domine.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Veritas tua, Domine.*

*Oratio* (L6 678; LOPs 409)

Deus, cuius faciem misericordia praecedit et veritas,  
ut et retributioni meritorum anima,  
et aversioni sit parata peccatorum:  
da nobis ut ambulemus in splendore tuo,  
tuaque exultemus in virtute,  
et exaltemus in nomine;  
admitte nos in partem sortis sanctorum in lumine,  
et in testamentum tuum,  
quod a te electis tuis est dispositum veritate.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (L6, 679; AL 189)

(Cfr. Ps 116, 2; Ps 116, 1)

Alleluia, confirma super nos, Deus, misericordiam tuam.  
V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

*R/ Deus, misericordiam tuam.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Deus, misericordiam tuam.*

*Oratio* (L6, 680; LOPs 135)

Confirma in nobis, omnipotens Deus,  
misericordiam tuam;  
ut in aeternum laus tibi Domino  
ab omnibus populis proclametur.

*R/ Amen.*

Per ineffabilia mirabilia sua, Deus noster,  
qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (L6, 681; T35.6, 346; AL 335)

(Ps 9, 35)

Qui sedes super thronum et iudicas equitatem,  
esto refugium pauperum in tribulatione;  
quia tu solus laborem et dolorem consideras.

*V/ Tibi derelictus est pauper,*

*R/ Quia tu solus laborem et dolorem consideras.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Quia tu solus laborem et dolorem consideras.*

*Canticum VT* (Br Goth 879-880, 656; L6, 682)

(1Sam 2, 1-10)

*Antiphona* (L6, 683; AL 334; T35.4, 580; T35.6, 347)

(1Sam 2, 1)

Confirmatum est cor meum in Domino.

“Exsultavit cor meum in Domino, \* exaltatum est cornu  
meum in Deo meo;

dilatatum est os meum super inimicos meos, \* quoniam lae-  
tata sum in salutari tuo.

Non est sanctus ut est Dominus; + neque enim est alius extra  
te, \* et non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. \* Recedant su-  
perba de ore vestro,

quia Deus scientiarum Dominus est, \* et ab eo ponderantur  
actiones.

Arcus fortium confractus est, \* et infirmi accincti sunt ro-  
bore.

Saturati prius pro pane se locaverunt, \* et famelici non  
eguerunt amplius.

Sterilis peperit plurimos, \* et, quae multos habebat filios,  
emarcuit.

Dominus mortificat et vivificat, \* deducit ad infernum et re-  
ducit.

Dominus pauperem facit et ditat, \* humiliat et sublevat;  
suscitat de pulvere egenum \* et de stercore elevat paupe-  
rem,  
ut sedeat cum principibus \* et solium gloriae teneat.

Domini enim sunt cardines terrae, \* et posuit super eos or-  
bem.

Pedes sanctorum suorum servabit, + et impii in tenebris con-  
ticescent, \* quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominus conteret adversarios suos; \* super ipsos in caelis  
tonabit.

Dominus iudicabit fines terrae + et dabit imperium regi suo  
\* et sublimabit cornu christi sui”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Confirmatum est cor meum in Domino.

*Oratio (Br Goth 656)*

Christe Dei Filius,  
qui ascendens in caelum triumphator tonas:  
da nobis ut te semper in veritate videntes,  
visionis tuae gratia fruamur;  
et, qui devicta morte,  
paternam ascendendo repetis sedem,  
tu da virtutem regibus nostris,  
et exalta tuae gloriae maiestatem.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones*

*Antiphona (T35.4, 203)*

Tibi Deo nostro honor et gloria, virtus et potestas in saecula  
saeculorum.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Tibi Deo nostro honor et gloria, virtus et potestas in saecula saeculorum.

*Oratio de benedictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Psalmus matutinarius* (L6, 683; AL 257)

(Ps 58, 2-3)

Eripe me de inimicis meis Deus,  
et ab insurgentibus in me libera me.

V/ Eripe me de operantibus iniquitatem,  
et de viris sanguinum salva me.

R/ Et ab insurgentibus in me libera me.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et ab insurgentibus in me libera me.

*Psalmi laudate 148-150*

*Ant.* (L6, 684, 485, 703; AL 53, 57, 492; T35.4, 211, 212, 213, 214, 215,  
216; LO5 868, 894)

(Ps 150, 1)

Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.

*(Ut in ordinário in officio festivo)*

*Ant.* Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.

*Lectio*

(Apc 19, 1-10)

Apocalipsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Post haec audivi quasi vocem magnam turbae multae in caelo dicentium:

“Alleluia! Salus et gloria et virtus Deo nostro, quia vera et iusta iudicia eius; quia iudicavit de meretrice magna, quae corrupit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius!”.

Et iterum dixerunt: “Alleluia! Et fumus eius ascendit in saecula saeculorum!”.

Et ceciderunt seniores viginti quattuor et quattuor animalia et adoraverunt Deum sedentem super thronum dicentes: “Amen. Alleluia”.

*Et vox de throno exivit dicens:*

“*Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius et qui timetis eum, pusilli et magni!*”.

*Et audivi quasi vocem turbae magnae et sicut vocem aquarum multarum et sicut vocem tonitruum magnorum dicentium:*

“*Alleluia, quoniam regnavit Dominus, Deus noster omnipotens. Gaudeamus et exsultemus et demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae Agni, et uxor eius praeparavit se. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti mundo: byssinum enim iustificationes sunt sanctorum*”.

*Et dicit mihi: “Scribe: Beati, qui ad cenam nuptiarum Agni vocati sunt!”. Et dicit mihi: “Haec verba Dei vera sunt”. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi: “Vide, ne feceris! Conservus tuus sum et fratum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiae”.*

*R/ Amen.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti vitor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ulti criminum.

Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 331, 334; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.*

*R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.

Redemptorem mundi  
 Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gloria Ascensionis suae  
 propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (L6, 686; LOPs 244)

Esto susceptor noster, Domine,  
 et refugium nostrum in die tribulationis nostrae;  
 misericordia tua nos pia dignatione praeveniat,  
 et ad officium laudis confidentia propitiationis adducat;  
 ut dum tibi adiutorio nostro psallimus,  
 ipsum adiutorium confessionis meritis inpetremus.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
 et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 738; L6, 687; Br Goth 951)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Mortis Christi admirabile sacramentum,  
 depellat a vobis colluviones facinorum.

*R/ Amen.*

Sanguinis eius ineffabile pretium,  
 extingat in vobis omnem fomitem vitiorum.

*R/ Amen.*

Crucis eius insigne vexillum  
 consortes vos efficiat angelorum.

*R/ Amen.*

Auxiliante ipsius misericordia Domini nostri,  
qui omnia regit in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 334; T35.4, 575; T35.6, 342)  
(Lc 24, 49; Jn 14, 26)

Mittam promissum Patris mei in vos,  
et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Vos autem sedete in civitate*  
quoadusque induamini virtutem ex alto.  
*R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli  
regnum forte, et potens, et honoratum dedit,  
dum omnia potestati tuae subiecit;  
cui millia millium angelorum ministrant,  
da requiem populo tuo  
ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus:  
ut qui ascendisti gloriosus in caelum,  
mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.  
*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio festivo)**Vespertinum* (L6, 688; AL 467)

(Ps 4, 6.5; Ps 104, 1)

Sacrificate sacrificium vespertinum  
et sperate filii hominum in Domino.

*V/ Irascimini et nolite peccare*  
quae dicitis in cordibus vestris  
et in cubilibus vestris compungimini.

*R/ Et sperate filii hominum in Domino.*

*V/ Confitemini Domino et invocate nomen eius.*

*R/ Et sperate filii hominum in Domino.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et sperate filii hominum in Domino.*

*Antiphona* (L6, 689; T35.6, 351; AL 163)

(Ps 23, 3-4a; Ps 14, 1)

Quis ascendit in montem Domini  
aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus et mundo corde.

*V/ Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo,*  
aut quis requiescat in monte sancto tuo?

*R/ Innocens manibus et mundo corde.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Innocens manibus et mundo corde.*

*Alleluiaiticum* (L6, 690; T35.6, 352)

(Ps 14, 1-2; Ps 111, 1)

Domine, quis habitabit in tabernáculo tuo, alleluia?

Qui ingreditur sine macula, alleluia,  
et operatur iustitiam, alleluia.

*V/ Beatus vir qui timet Dominum,*  
in mandatis eius volet nimis.

*R/ Qui ingreditur sine macula, alleluia,*  
et operatur iustitiam, alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui ingreditur sine macula, alleluia,  
et operatur iustitiam, alleluia.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti victor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ulti criminum.

Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 331, 334; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.  
R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
Redemptorem mundi  
Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis sua  
propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 1013; T35.4, 573; T35.6, 340; L6, 672, 692; Br Goth 657)

Christe Dei virtus et Dei sapientia,  
qui propter nos et nostram salutem descendens e caelis,

humani generis carne vestiri dignatus es,  
 ut dignantissima societate nos tua deitate vestires,  
 et quod mortale descendendo susceperas,  
 immortalitati ascendendo donares:  
 tribue nobis interventu sollemnitatis hodiernae,  
 qua te caelos ascendentem et sequi cupimus, et gaudemus;  
 ut benignissime dispensationis huiusce munera cognoscentes  
 reddamus pietati, quod solum possumus, vota laudum;  
 expectantes secundi adventus tui  
 aeternorum solacia gaudiorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1014; T35.4, 574; T35.6, 341; L6, 673; Br Goth 658)

Iesus Christus Dominus  
 pacem, quam ad caelos remeans discipulis suis tradidit,  
 integrum in vobis illibatamque conservet.

*R/ Amen.*

Angelos quoque sanctos,  
 quos caelos ascensurus suo de legit obsequio,  
 vobis deputet in praesidio.

*R/ Amen.*

Ut, ipso auctore, illic erigamini fide,  
 quo vos assumendos speratis in requiem.

*R/ Amen.*

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 334; T35.4, 575; T35.6, 342)

(Lc 24, 49; Jn 14, 26)

Mittam promissum Patris mei in vos,  
et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Vos autem sedete in civitate  
quoadusque induamini virtutem ex alto.

R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et docet vos, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli  
regnum forte, et potens, et honoratum dedit,  
dum omnia potestati tuae subiecit;  
cui millia millium angelorum ministrant,  
da requiem populo tuo  
ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus:  
ut qui ascendisti gloriosus in caelum,  
mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

R/ Amen.

Ipsa praestante, qui cum Deo Patre  
vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

### Sabbato post Ascensionem

#### Ad matutinum

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 329, 36, 50, 56, 110, 336, 354, 395, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 514, 576, 593, 628, 640, 820, 821, 822, 834; T35.6, 353, 362, 520, 775, 812; T35.7, 186; L4, 263, 297, 340, 488, 545; L5, 39, 115, 195, 427, 454, 577, 646, 673, 724, 755, 792, 848, 1049, 1093, 1125; L6, 674, 693, 715; S6, 420; Br Goth 88, 237, 502; MPs 333, 335, 339)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

### *Missa*

*Antiphona* (L6, 694; AL 176)

(Ps 44, 7.2)

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi,  
virga equitatis virga regni tui.

V/ Eructavit cor meum verbum bonum,  
dico ego opera mea regi.

R/ Virga equitatis virga regni tui.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Virga equitatis virga regni tui.

*Oratio* (L6, 695a, b; MPs 15; LOPs 507)

Virga aequitatis virga regni tui, Domine,  
ipsa corrigens plaga, qua feriens;  
atque eadem correctione, et inferens paenam,  
et imbuens disciplinam;  
sit igitur nobis haec virga, non perditio, sed doctrina;  
fac nos diligere iustitiam et odire iniquitatem;  
ac per speciem tuam pulchritudinem currentes,  
deducat nos mirabiliter dextera tua;  
et mortificato in nobis incentivo libidinis,  
accinge lumbos nostros gladio castitatis.

R/ Amen.

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (L6, 696; AL 176)

(Cfr. Ps 46, 5; Ps 46, 2)

Elegit nos hereditatem suam,  
 rex magnus Dominus super omnem terram.  
 V/ Omnes gentes plaudite manibus,  
 iubilate Deo in voce exultationis.  
 R/ Rex magnus Dominus super omnem terram.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Rex magnus Dominus super omnem terram.

*Oratio* (L6, 697; MPs 17; LOPs 359)

Deus summe et terribilis,  
 et rex magne super omnem terram:  
 dona ut sicut modulanter tibi psallimus officio vocum,  
 ita sapienter tibi psallamus et cordium;  
 sit tibi anima nostra sanctificata sedis,  
 in qua sedere digneris,  
 ut dum tibi thronum tuum ipse praeparas,  
 ipsam quoque in regni tui ornamentum constituas.  
 R/ Amen.  
 Praestante sua misericordia,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
 R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (L6, 698)

(Ps 112, 1-2)

Alleluia, alleluia, alleluia. Laudate pueri Dominum  
 laudate nomen Domini, alleluia.  
 V/ Sit nomen Domini benedictum,  
 ex hoc nunc et usque in saeculum, alleluia.  
 R/ Laudate nomen Domini, alleluia.  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
 R/ Laudate nomen Domini, alleluia.

*Oratio* (L6, 699; LOPs 280)

A solis ortu usque ad occasum  
 laudabile est nomen tuum, Domine,  
 quoniam in altis habitas,

et humilia respicis in caelo et in terra;  
 tu placaris subiectis, et mitis es tibi prostratis,  
 nec despicias deprecantes,  
 quod praevides de peccatis veniam postulantibus;  
 indulge ergo quod delinquimus,  
 et inpertire quod petimus,  
 ut salves nos propitiis,  
 quos cognoscis tibi esse subditos.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius divinitatis clementia,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (L6, 700; AL 185)

(Is 26, 11a; Ps 73, 19; Ps 9, 35)

Exaltetur, Domine, manus tua, alleluia;  
 ne obliviscaris pauperem in finem, alleluia, alleluia.

V/ Tibi derelictus est pauper,  
 pupillo tu eris adiutor.

*R/ Ne* *obliviscaris pauperem in finem, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ne* *obliviscaris pauperem in finem, alleluia, alleluia.*

*Canticum VT* (Br Goth 373-374)

(1Par 29, 10-18)

*Antiphona* (L6, 701)

(1Par 29, 12b)

In manu tua, Domine, virtus et potentia; in manu tua magnitudo et imperium omnium.

“Benedictus es, Domine, Deus Israel patris nostri, \* ab aeterno in aeternum.

Tua est, Domine, magnificentia et potentia, \* gloria, splendor atque maiestas.

Cuncta enim, quae in caelo sunt et in terra, tua sunt. \* Tuum, Domine, regnum, et tu elevaris ut caput super omnia.

De te sunt divitiae et gloria, \* tu dominaris omnium.

In manu tua virtus et potentia \* in manu tua est magnificare et firmare omnia.

Nunc igitur, Deus noster, confitemur tibi \* et laudamus nomen tuum inclitum.  
 Quis ego, et quis populus meus, \* ut possimus haec tibi universa offerre?  
 Tua sunt haec omnia; \* et, quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.  
 Peregrini enim sumus coram te et advenae, \* sicut omnes patres nostri;  
 dies nostri quasi umbra super terram, \* et nulla est spes.  
 Domine Deus noster, omnis haec copia, quam paravimus, + ut aedificaretur domus nomini sancto tuo, \* de manu tua est, et tua sunt omnia.  
 Scio, Deus meus, quod probes corda \* et simplicitatem diligas; unde et ego in simplicitate cordis mei \* laetus obtuli universa haec  
 et populum tuum, qui hic repertus est, \* vidi cum ingenti gaudio sponte tibi offerre donaria.  
 Domine, Deus Abraham et Isaac et Israel patrum nostrorum, + custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum; \* et semper in venerationem tui mens ista permaneat".  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* In manu tua, Domine, virtus et potentia; in manu tua magnitudo et imperium omnium.

*Oratio de cantico (Br Goth 374)*

Te amplissimae largitatis Dominum deprecamur  
 ut donorum caelestium copiam  
 de manu tua accipiamus;  
 quam tibi, ob constituendam domum tuam,  
 in nostris cordibus praeparemus;  
 tibique votis simplicibus,  
 quae tua sunt, offeramus,  
 ac nomen tuum inclitum  
 multimoda confessione laudemus.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones**Antiphona* (T35.4, 198, 204; L6, 393)

(Dn 3, 82)

Filii hominum, Domino bendicite et hymnum dicite.

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Ant.* Filii hominum, Domino bendicite et hymnum dicite.*Oratio de benedictionibus*

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Psalmus matutinarius* (L6, 702; AL 177)

(Ps 75, 5.2)

Illuminans tu mirabilis a montibus aeternis.

V/ Notus in Iudaea Deus, in Israel magnum nomen eius.

R/ Mirabilis a montibus aeternis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Mirabilis a montibus aeternis.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (L6, 703, 485, 684; T35.4, 211, 212, 213, 214, 215, 216; AL 53, 57, 492; LOS 868, 894)

(Ps 150, 1)

Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Ant.* Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.*Lectio*

(Apc 19, 17-21)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

R/ Deo gratias.

Et vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit voce magna dicens omnibus avibus, quae volabant per medium caeli: “Venite, congregamini ad cenam magnam Dei, ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedentium in ipsis et carnes omnium liberorum ac servorum et pusillorum ac magnorum”.

Et vidi bestiam et reges terrae et exercitus eorum congregatos ad faciendum proelium cum illo, qui sedebat super equum, et

cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia et cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiae et qui adorant imaginem eius; vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardantis sulphure. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, et omnes aves saturatae sunt carnibus eorum.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti vitor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ulti criminum.

Te senes et te iuventus, parvolorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 334, 331; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.*

*R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.

Redemptorem mundi

Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis sua  
propitius iustificare dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Compleuria* (L6, 705; LOPs 391)

Admirabilis Deus,  
 a montibus aeternis clara nos luce ilumina,  
 et doctrinis praceptorum sapientiae notatione irradia;  
 quo lux tua nostris vegetetur in cordibus,  
 tuaque praesentia monstretur in actibus;  
 ac dum aetatem diei opere lucis acceptae discurrimus,  
 nulla tenebrarum actione fuscemur;  
 sed ut erroris non cadamus in laqueo,  
 veritatis tuae iugiter praecedamur ducatu.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus,  
 et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (L6, 706; LMS 1397)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Deus conditor vester,  
 innovet in vobis dignitatis originem, quam creavit.

*R/ Amen.*

Idem Redemptor conservet operationem gratiae,  
 quam redemit.

*R/ Amen.*

Ille omnium Iudex,  
 pro nullo vos reatu examinatione futura condemnet.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (AL 332; T35.4, 548)

(Cfr. Apc 4, 10; 511-12)

Ego vidi virum splendidum  
 sedentem in throno claritatis sua alleluia,

et a circuitu seniorum resonabant voces per organum dicentium: alleluia.

V/ Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem.

R/ Dicentium: alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

R/ Dicentium: alleluia.

*Oratio* (Br Goth 654-655)

Rex regum immense, cui Deus caeli regnum forte, et potens, et honoratum dedit, dum omnia potestati tuae subiecit; cui millia millium angelorum ministrant, da requiem populo tuo ab omnibus oneribus quibus onerati consistimus: ut qui ascendisti gloriosus in caelum, mitis existas, cum manifestata fuerit gloria tua.

R/ Amen.

Ipsa praestante, qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**IN SEPTIMO DOMINICO PASCHAE  
Post Ascensionem**

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio dominical*)

*Vespertinum* (AL 335; T35.4, 585; L6, 707, 746, 755)

(Cfr. 1Sam 2, 10)

Dominus ascendit in caelos et tonat,  
et ipse iudicabit extrema terrae.

V/ Potens est et dat virtutem regibus nostris,

et exaltabit cornu Christi sui.

*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*

*Sonus* (AL 335; T35.6, 355; L6, 708)

(Cfr. Ps 103, 2b-3a.4-5. 3b)

Qui extendit caelum sicut pellem,  
qui tegit in aquis superiora eius,  
qui facit angelos suos spiritus  
et ministros suos ignem urentem, alleluia.

*V/ Qui fundabit terram super stabilitatem eius,  
non inclinabitur in saeculum saeculi, alleluia.*

*R/ Qui facit angelos suos spiritus  
et ministros suos ignem urentem, alleluia.*

*V/ Qui ponit nubem ascensum suum,  
qui ambulat super pinnas ventorum, alleluia.*

*R/ Qui facit angelos suos spiritus  
et ministros suos ignem urentem, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui facit angelos suos spiritus  
et ministros suos ignem urentem, alleluia.*

*Antiphona* (AL 335-336; T35.6, 356; L6, 709)

(Iob 36, 26a.27.32; 37, 3; Ps 88, 7)

Ecce Deus excelsus et magnus,  
qui aufert stillas pluviae  
et effudit imbre ad instar gurgitum;  
in manibus abscondit lucem  
et praecipit ei ut rursus adveniat.

Subter omnes caelos ipse considerat  
et nomen illius supra terminos terrae.

*V/ Quis in nubibus aequabitur Domino,  
similis erit Domino in fillis Dei?*

*R/ Subter omnes caelos ipse considerat  
et nomen illius supra terminos terrae.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Subter omnes caelos ipse considerat  
et nomen illius supra terminos terrae.*

*Alleluiaiticum* (AL 336; T35.4, 588; T35.6, 357; L6, 710)

(Ps 88, 7; Ps 112, 4-5)

Quis in nubibus aequabitur Domino, alleluia,  
aut quis similis erit Deo inter filios Dei, alleluia, alleluia?  
V/ Excelsus super omnes gentes Dominus,  
super caelos gloria eius.

R/ Aut quis similis erit Deo inter filios Dei, alleluia, alleluia?  
V/ Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat,  
et humilia respicit in caelo et in terra.

R/ Aut quis similis erit Deo inter filios Dei, alleluia, alleluia?  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Aut quis similis erit Deo inter filios Dei, alleluia, alleluia?

*Hymnus* (Br Goth 658-659; L6, 711, 410)

Sacra Christi tempora  
propheticis oraculis  
virtute firmans pectora  
fidei explevit veritas:

Venisce mundi Dominum  
in templo sancti corporis,  
ut, hominem qui fecerat,  
salvaret ipse perditum.

Dum patitur passibilis,  
assumptus homo moritur,  
resurgit impassibilis  
Deus, creator omnium.

Qui suscitato corpore  
diebus dudum praedictis  
quater denario numero  
opes salutis edidit.

Quibus quadratis omnibus  
ascendens in altum duxit  
captivitatem captivam,  
dedit dona hominibus.

Coram suis discipulis  
sic adventurum monitis,  
ut repedantem cernerent,  
dum adfuissent tempora.

Quae soli Patri cognita,  
incognita sed Filio,  
discentibus sollicitis  
licere nosse minime.

Sistere tamen soliti  
iubentur summi nuntii,  
donec virtutem Spiritus  
ex alto missi caperent.

Quam nos ovantem gloria,  
salutis nostrae praestitam,  
sanctorum consors laudibus  
hymnus resultat omnibus..

Da nobis illuc sedula  
devotione tendere,  
qui te sedere cum Patre  
in arce regni credimus

Gloria tibi Domine,  
qui scandis super sidera,  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterne saecula. Amen.

*Versus* (AL 334, 331; T35.6, 349; L6, 646)  
 (Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.*  
*R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
 Redemptorem mundi  
 Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gloria Ascensionis suae  
 propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (OV 1015)

Redemptor noster, Domine, qui in excelsis habitas  
 et humilia respicis in caelo et in terra;  
 qui solus corda hominum probas et renes scrutas,  
 tibi orantes vespertinum offerimus holocaustum,  
 tibi debitum famulatus nostri persolvimus votum:  
 tu autem, Deus, aspice placatus,  
 et procellosis tempestatum fluctibus  
 benignus liberator adesto;  
 cogitationes quoque anxias enutriendo laetifica,  
 et spem, quam in te defigimus, serenus accepta;  
 aspice iam in lacrimas,  
 intende suspiria, intellige desideria;  
 et quia in te Deus confidimus,  
 tu lacrimis solacia, tu suspiriis tribue gaudia,  
 tu sanctis desideriis perfectionem accumula,  
 orationes quoque moestitiae nostrae exaudi velociter,  
 et remedia impetrare dignare clementer.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus,  
 et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Vel*

*Completuria* (T35.4, 590)

Domine Iesu Christe, redemptor fragilitatis humanae:  
 tu ex illa maiestatis qua resides sede,

benedictionem nobis imperti.  
 Ut dona quae promissisti discipulis,  
 nobis te credentibus largiaris e caelo;  
 et qui illis largitus es munera Spiritus Sancti,  
 remissionem peccatorum nobis propitius concede.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1016)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei Filius,  
 qui ascendit super caelos caelorum,  
 auferat a vobis omnes maculas delictorum.

*R/ Amen.*

Induat vos decore virtutum,  
 et donet vobis consortium beatorum.

*R/ Amen.*

Ut probabiles fide et opere,  
 immaculati perveniatis ad aeternam hereditatem.

*R/ Amen.*

Auxiliante sua misericordia,  
 qui vivit cum Deo Patre et regnat cum Spiritu Sancto,  
 unus Deus, in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Vel*

*Benedictio* (T35.4, 591)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dei Filius,  
qui exaltatus in caelis ad dexteram Patris sedet in throno,  
emundet vos ab omni delicto.

*R/ Amen.*

Respiciat fidelium vota,  
qui adoratur in caelo ab omni angelorum militia.

*R/ Amen.*

Ut pollicitationem Paracliti mittat vobis e caelis,  
qui illic ascendit post vulnera passionis.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Laudate eum omnes gentes,*  
*laudate eum omnes populi.*

*R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,*  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,*  
alleluia, alleluia, alleluia.

### *Oratio* (Br Goth 659)

Domine, qui altis habitas,  
et humilia respicis in caelo et in terra,  
tibi nos dignanter incurva;  
et qui beatitudinem angelorum in omnibus polliceris,  
obedientia nos angelica informare digneris.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
qui est benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

### Ad matutinum

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 329, 36, 50, 56, 110, 336, 354, 395, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 514, 576, 593, 628, 640, 820, 821, 822, 834; T35.6, 353, 362, 520, 775, 812; T35.7, 186; L4, 263, 297, 340, 488, 545; L5, 39, 115, 195, 427, 454, 577, 646, 673, 724, 755, 792, 848, 1049, 1093, 1125; L6, 674, 693, 715; S6, 420; Br Goth 88, 237, 502; MPs 333, 335, 339)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Missa*

*Antiphona* (AL 336; T35.4, 594; T35.6, 363; L6, 716)

(Cfr. Ps 9, 9; Ps 46, 6)

Dominus ascendit in caelos,  
et ipse iudicabit extrema terrae.

V/ Ascendit Deus in iubilatione,  
Dominus in voce tubae.

R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.

*Oratio* (OV 1017; L6, 717)

Domine Iesu Christe, Filius Dei,  
qui super caelos ascendisti  
et super pinnas ventorum evolando,  
scilicet animarum scientia, transcendisti,  
quo nemo ad te , nisi per fidei cognitionem;  
nemo nisi per incrementum pacis et sanctimoniae  
auderet attingere:  
fac nos vere caritatis sectatores existere;  
ut, cum ultimo tempore

extrema terrae veneris iudicare,  
 non cum impiis poenas,  
 sed cum iustis mereamur percipere praemia re promissa.  
*R/ Amen.*  
 Ipso praestante qui vivit cum Deo Patre et Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 336; T35.4, 596; T35.6, 365; L6, 718)  
 (Ps 46, 9; cfr. Ps 56, 12)

Regnabit Dominus super omnes gentes,  
 Deus sedet super sedem sanctam suam.  
*V/ Ascendit super caelos Deus,*  
*et super omnem terram gloria tua.*  
*R/ Deus sedet super sedem sanctam suam.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Deus sedet super sedem sanctam suam.*

*Oratio* (OV 1018; L6, 719)

Confitemus et credimus te,  
 o bone Domine Iesu Christe, super omnes gentes regnare  
 et tuam sedem sanctam, caelos utique,  
 in carne, quam pro nobis assumere dignatus es, insedere:  
 inde petimus tuam largissimam pietatem;  
 ut, ita corda nostra ab omni vitiorum labe expurges,  
 quatenus per divinitatis potentiam, quae ubique es,  
 in nobis iugiter habitare delectes.

*R/ Amen.*  
 Ipso praestante qui cum Deo Patre  
 vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti  
 in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 336; T35.4, 598; T35.6, 367; L6, 720)  
 (1Sam 2, 10b; Ps 112, 5)

Deus exercituum exaltabit cornu Christi sui,  
 alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Quis sicut Dominus Deus noster*  
*qui in altis habitat.*  
*R/ Alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1019; L6, 721)

Domine, qui exaltas cornum Christi tui,  
Dominus videlicet ac redemptoris nostri,  
cum eum ad caelos, unde venerat,  
videntibus apostolis corporaliter evexisti:  
praesta, quae sumus, ut nos,  
quos miserando membra eius fieri elegisti,  
illic cum beatis sequi mereamur post transitum,  
quo ipse caput nostrum praecessit praे omnibus gloriosum.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius divinitatis clementia,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 336; T35.4, 600; T35.6, 369; L6, 722)

(Ps 20, 14; Ps 74, 2)

Exaltare, Domine, in virtute tua,  
cantabimus et psallemus, alleluia, alleluia.

*V/ Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi,  
et invocabimus nomen sanctum tuum.*

*R/ Cantabimus et psallemus, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Cantabimus et psallemus, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 660)

Iubilat te, Domine, omnis terra  
et universi qui habitant in ea,  
tibi flumina plaudant manibus;  
invicem sibi doctorum ora  
non solum sermonibus obsequuntur officio,  
sed etiam studia bonorum operum deserviunt famulatu;  
concede itaque Deus noster,  
ut utraque in nobis te auctore praevaleant laude,  
iugis et indefessa meditatio,  
et sanctae conversationis sincera religio intemerata.

*R/ Amen.*

Praestante ipsis misericordia Dei nostri,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 616-617; MPs 173-175, 364; T35.4, 601; T35.6, 370; L6, 723, 376)

(Ex 15,1-19)

*Antiphona* (AL 491; T35.4, 601; T35.6, 370; L6, 723)

(Ex 15, 19b; Nm 33, 8)

Fili Israel ambulaverunt per siccum per medium mare, tunc  
cantavit Deo Moyses, alleluia, alleluia.

“Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, \* equum  
et ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea et robur meum Dominus, \* et factus est mihi  
in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum; \* Deus patris mei, et  
exaltabo eum!

Dominus quasi vir pugnator; \* Iahveh nomen eius!

Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, \* electi  
bellatores eius submersi sunt in mari Rubro.

Abyssi operuerunt eos, \* descenderunt in profundum quasi  
lapis.

Dextera tua, Domine, magnifice in fortitudine, \* dextera tua,  
Domine, percussit inimicum.

Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos; \*  
misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae; \* stetit ut  
agger unda fluens,

coagulatae sunt abyssi \* in medio mari.

Dixit inimicus: “Persequar, comprehendam; \* dividam spo-  
lia implebitur anima mea:

evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea!”.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare; \* submersi sunt  
quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in diis, Domine? \* Quis similis tui, magnifi-  
cus in sanctitate,

terribilis atque laudabilis, \* faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, \* devoravit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua \* populo, quem redemisti,

et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum tuum.

Attenderunt populi et commoti sunt, \* dolores obtinuerunt habitatores Philistaei.

Tunc conturbati sunt príncipes Edom, + potentes Moab obtinuit tremor, \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruit super eos formido et pavor; \* in magnitudine brachii tui fiunt immobiles quasi lapis,  
donec pertranseat populus tuus, Domine, \* donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae, \* firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,  
sanctuario, Domine, \* quod firmaverunt manus tuae.

Dominus regnabit \* in aeternum et ultra!".

Ingressi sunt enim equi pharaonis cum curribus et equitibus eius in mare, \* et reduxit super eos Dominus aquas maris;  
filii autem Israel \*ambulaverunt per siccum in medio maris.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Filii Israel ambulaverunt per siccum per medium mare, tunc cantavit Deo Moyses, alleluia, alleluia.

*Oratio de cantico* (Br Goth 622)

Cantabimus tibi, Domine,  
et cum omni laude cantabimus:  
quia equum et ascensorem proiecisti in mare;  
ita diabolum cum exercitibus suis  
suffoces eadem virtute.

Quis similis tibi in diis, Domine? Quis similis tibi?  
Gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus,  
faciens prodigia, cunctis gentibus et populis praedicanda.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Benedictiones*

*Antiphona* (L6, 724; AL 336; T35.4, 602; T35.6, 371)

(Cfr. Ps 131, 11; cfr. Dn 3, 54.56)

Supra sedem regni tui in firmamento.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Supra sedem regni tui in firmamento.

*Oratio de bendictionibus*

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Sonus* (AL 336; T35.6, 372; L6, 725)

(Ps 117, 24; Ier 4, 5)

Hic est dies quem fecit Dominus,  
exultemus et iucundemur in eo.

V/ Canite tuba in terra, clamate fortiter, dicite.

R/ Exultemus et iucundemur in eo.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Exultemus et iucundemur in eo.

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth ,235, 618, 622, 625, 627, 630; T35.4, 725; T35.5, 754, 790; L6, 61, 305, 331, 344, 357, 627, 726; AL 83, 288)

Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Laudate Dominum de caelis, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 660-661)

(Apc 7, 9-12)

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

R/ Deo gratias.

Post haec vidi: et ecce turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu Agni, amicti stolis albis, et palmae in manibus eorum; et clamant voce magna dicentes: “Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno”.

Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium, et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt Deum dicentes: “Amen! Benedictio et gloria et sapientia et gratiarum actio et honor et virtus et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum. Amen”.

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 658-659; L6, 711, 410)

Sacra Christi tempora  
propheticis oraculis  
virtute firmans pectora  
fidei explevit veritas:

Venisse mundi Dominum  
in templo sancti corporis,  
ut, hominem qui fecerat,  
salvaret ipse perditum.

Dum patitur passibilis,  
assumptus homo moritur,  
resurgit impassibilis  
Deus, creator omnium.

Qui suscitato corpore  
diebus dudum praedictis  
quater denario numero  
opes salutis edidit.

Quibus quadratis omnibus  
ascendens in altum duxit  
captivitatem captivam,  
dedit dona hominibus.

Coram suis discipulis  
sic adventurum monitis,  
ut repedantem cernerent,  
dum adfuissent tempora.

Quae soli Patri cognita,  
incognita sed Filio,  
discentibus sollicitis  
licere nosse minime.

Sistere tamen soliti  
iubentur summi nuntii,  
donec virtutem Spiritus  
ex alto missi caperent.

Quam nos ovantem gloria,  
salutis nostrae praestitam,  
sanctorum consors laudibus  
hymnus resultat omnibus.

Da nobis illuc sedula  
devotione tendere,  
qui te sedere cum Patre  
in arce regni credimus

Gloria tibi Domine,  
qui scandis super sidera,  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterne saecula. Amen.

*Versus* (L6, 727)

(Ps 56, 6)

V/ Exaltare super caelos Deus.

R/ Et super omnem terram gloriam tuam.

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
Redemptorem mundi  
Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis suae  
propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria (OV 1020; L6 728)*

Virtus nostra, Domine Iesu Dei Filius, Christe,  
 quem in humilitatem nostrae carnis susceptae  
 minime agnoverunt infidelium turbae,  
 pro eo quod Deus latebat in homine:  
 nos miseros in te credentes,  
 pro quibus humiliari dignatus es,  
 in virtute exaltare dignare;  
 ut, qui nunc voce corporis  
 concinimus miracula tuae gloriosae ascensionis,  
 post, copulati angelicis choris,  
 exultemus in saeculis sempiternis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio (OV 1021; L6, 729)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Bendicat vos Dominus Iesus Christus,  
 qui captivam duxit captivitatem in caelum.

*R/ Amen.*

Mittat in vos Patris promissum,  
 quo in se faciat ardere cor vestrum.

*R/ Amen.*

Ut, eodem repleti,  
 eius doctrinis mirabiliter coruscetis.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
 et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.  
 Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate eum omnes gentes,  
 laudate eum omnes populi.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 659)

Domine, qui in altis habitas,  
 et humilia respicis in caelo et in terra,  
 tibi nos dignanter incurva;  
 et qui beatitudinem angelorum in omnibus polliceris,  
 obedientia nos angelica informare digneris.

R/ Amen.

Per gratiam pietatis suaे,  
 qui est benedictus in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

**Eodem die ad vesperum***Oblatio luminis*

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Vespertinum* (AL 335; T35.4, 585; L6, 707, 746, 755)

(Cfr. 1Sam 2, 10)

Dominus ascendit in caelos et tonat,  
 et ipse iudicabit extrema terrae.

V/ Potens est et dat virtutem regibus nostris,

et exaltabit cornu Christi sui.

*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*

*Sonus* (AL 333; T35.4, 624; L6, 474)

(IV Esr 8, 21)

Thronus tuus, Deus, inestimabilis,  
et gloria incomprehensibilis, alleluia, alleluia.

*V/ Tibi adstat exercitus angelorum  
cum tremore, alleluia.*

*R/ Et gloria incomprehensibilis, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et gloria incomprehensibilis, alleluia, alleluia.*

*Antiphona* (L6, 748; AL, 176)

(Ps 44, 7.2)

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi,  
virga equitatis virga regni tui.

*V/ Eructavit cor meum verbum bonum,  
dico opera mea regi.*

*R/ Virga equitatis virga regni tui.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Virga equitatis virga regni tui.*

*Alleluiaiticum* (Ps 134, 6; Ps 146, 5)

(L6, 749; AL 337)

In caelo et in terra, alleluia;  
in mare et omnibus abyssis, alleluia.

*V/ Magnus Dominus noster et magna virtus eius.*

*R/ In mare et omnibus abyssis, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ In mare et omnibus abyssis, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 658-659; L6, 711, 410)

Sacra Christi tempora  
propheticis oraculis  
virtute firmans pectora  
fidei explevit veritas:

Venisce mundi Dominum  
in templo sancti corporis,  
ut, hominem qui fecerat,  
salvaret ipse perditum.

Dum patitur passibilis,  
assumptus homo moritur,  
resurgit impassibilis  
Deus, creator omnium.

Qui suscitato corpore  
diebus dudum praedictis  
quater denario numero  
opes salutis edidit.

Quibus quadratis omnibus  
ascendens in altum duxit  
captivitatem captivam,  
dedit dona hominibus.

Coram suis discipulis  
sic adventurum monitis,  
ut repedantem cernerent,  
dum adfuissent tempora.

Quae soli Patri cognita,  
incognita sed Filio,  
discentibus sollicitis  
licere nosse minime.

Sistere tamen soliti  
iubentur summi nuntii,  
donec virtutem Spiritus  
ex alto missi caperent.

Quam nos ovantem gloria,  
salutis nostrae praestitam,  
sanctorum consors laudibus  
hymnus resultat omnibus.

Da nobis illuc sedula  
devotione tendere,  
qui te sedere cum Patre  
in arce regni credimus

Gloria tibi Domine,  
qui scandis super sidere,  
cum Patre, Sancto Spiritu,  
in sempiterne saecula. Amen.

*Versus* (AL 334, 331; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

V/ Ascendit Deus in iubilatione.

R/ Et Dominus in voce tubae.

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
Redemptorem mundi  
Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis sua  
propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria (Br Goth 661)*

Domine Iesu Christe,  
 qui sublimius exaltasti thronum tuum  
 in Ierusalem civitatem tuam, quae est utique ecclesia,  
 dum eam gloriose conquiris,  
 et ab ea triumphaliter ad Patrem ascendis;  
 dum in assumpto homine  
 assumptionis tuae gloriam manifestas:  
 sint ergo in nobis, et vota tibi placita, et opera accepta,  
 ut ex hoc tecum possideamus regnum in gloria sempiterna.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio (Br Goth 651)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Christus Dominus sit auxiliator vestri,  
 qui assumptus in caelis, sedet ad dexteram Patris.

*R/ Amen.*

Corpus quoque vestrum  
 nullis torporibus patiatur passionibus mancipari,  
 qui illum glorificatum in caelis assumpsit.

*R/ Amen.*

Ut qui ascendentis vidisti gloriam,  
 iudicantis non puniamini sententia.

*R/ Amen.*

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate eum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 659)

Domine, qui in altis habitas,  
et humilia respicis in caelo et in terra,  
tibi nos dignanter incurva;  
et qui beatitudinem angelorum in omnibus polliceris,  
obedientia nos angelica informare digneris.

R/ Amen.

Per gratiam pietatis suaे,  
qui est benedictus in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

**Feria II post septimam dominicam Paschae**  
**Ad matutinum**

Ut in sexta feria post Ascensionem, excepto lectio biblica et  
benedictiones.

*Benedictiones*

Antiphona (AL 307; T35.4, 193; L6, 388)

(Cfr. Dn 3, 52b)

Bendicam nomen gloriae tuae.

(Ut in ordinario in officio festivo)

Ant. Bendicam nomen gloriae tuae.

*Oratio de benedictionibus*  
*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Lectio*

(Apc 21, 1-8)

Apocalipsis Ioannis Apostoli.

*R/ Deo gratias.*

Et vidi caelum novum et terram novam; primum enim caelum et prima terra abierunt, et mare iam non est. Et civitatem sanctam Ierusalem novam vidi descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: “Ecce tabernaculum Dei cum hominibus! *Et habitabit cum eis, et ipsi populi eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus; et abs- terget omnem lacrimam* ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia prima abierunt”.

Et dixit, qui sedebat super throno: “Ecce nova facio omnia”. Et dicit: “Scribe: Haec verba fidelia sunt et vera”. Et dixit mihi: “Facta sunt! Ego sum Alpha et Omega, principium et finis. Ego si- tienti dabo de fonte aquae vivae gratis. Qui vicerit, hereditabit haec, et *ero illi Deus, et ille erit mihi filius.* Timidis autem et incredulis et exsecratis et homicidis et fornicatoribus et beneficis et idololatris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda”.

*R/ Amen.*

**Ad vesperum**

*Ut in sexta feria post Ascensionem.*

**Feria III post septimam dominicam Paschae**

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 329, 36, 50, 56, 110, 336, 354, 395, 444, 444, 476, 477; Em 30, 156, 258, 311, 444, 489, 764, 1327, 1413, 1446; T35.4, 514, 576, 593, 628, 640, 820, 821, 822, 834; T35.6, 353, 362, 520, 775, 812; T35.7, 186; L4, 263, 297, 340, 488, 545; L5, 39, 115, 195, 427, 454, 577, 646, 673, 724, 755, 792, 848, 1049, 1093, 1125; L6, 674, 693, 715; S6, 420; Br Go- th 88, 237, 502; MPs 333, 339)

(Ps 3, 4b)

Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Gloria mea, Deus, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Missa*

*Antiphona* (L6, 761, 696; AL 176)

(Cfr. Ps 46, 5; Ps 46, 2)

Elegit nos hereditatem suam,  
rex magnus Dominus super omnem terram.

V/ Omnes gentes plaudite manibus,  
iubilate Deo in voce exultationis.

R/ Rex magnus Dominus super omnem terram.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Rex magnus Dominus super omnem terram.

*Oratio* (L6, 762, 697; MPs 17; LOPs 359)

Deus summe et terribilis,  
et rex magne super omnem terram:  
dona ut sicut modulanter tibi psallimus officio vocum,  
ita sapienter tibi psallamus et cordium;  
sit tibi anima nostra sanctificata sedis,  
in qua sedere digneris,  
ut dum tibi thronum tuum ipse praeparas,  
ipsam quoque in regni tui ornamentum constituas.

R/ Amen.

Praestante sua misericordia,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (L6, 763; AL 176)

(Ps 47, 10; Ps 95, 4)

Suscepimus Deus misericordiam tuam  
in medio templi tui.

V/ Magnus Dominus et laudabilis valde,

terribilis super omnes deos.

*R/ In medio templi tui.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ In medio templi tui.*

*Oratio* (L6, 764; MPs 18; LOPs 360)

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam  
Iesum Christum Dominum nostrum,  
quem propter nostram exaudiendam misisti miseriam,  
in quem credentes speramus requiem sempiternam;  
dona ergo nobis, omnipotens Pater,  
in iudicio adventu eius gaudere;  
ut qui eius censemur nomine,  
eum placatum promereamur habere in resurrectione.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (L6, 765)

(Ps 104, 1-2)

Alleluia, alleluia, alleluia.

Confitemini Domino et invoke nomen eius,  
annuntiate inter gentes opera eius, alleluia.

*V/ Cantate ei et psallite ei,  
narrate omnia mirabilia eius.*

*R/ Annuntiate inter gentes opera eius, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Annuntiate inter gentes opera eius, alleluia.*

*Oratio* (L6, 766; LOPs 272)

Confirmā, Domine, requirentes te,  
et secundum misericordiam tuam,  
adiutorium Christi tui nobis concede magnificus;  
ut quos per fidem in Abrahae semine collocasti,  
in funiculo hereditatis tuae, sine reprobatione,  
multiplicatos iubeas habitare.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius divinitatis clementia,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (L6, 767)

(Ps 89, 17; Ps 66, 2)

Splendor tuus, Domine Deus noster, super nos.

*V/ Deus misereatur et benedicat nos,*  
*illuminet, Dominus, vultum suum.*

*R/ Super nos.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Super nos.*

*Canticum VT* (Br Goth 374-375; L6, 701)

(1Par 29, 10-18)

*Antiphona* (L6, 701)

(1Par 29, 12b)

In manu tua, Domine, virtus et potentia; in manu tua magnitudo et imperium omnium.

“Benedictus es, Domine, Deus Israel patris nostri, \* ab aeterno in aeternum.

Tua est, Domine, magnificentia et potentia, \* gloria, splendor atque maiestas.

Cuncta enim, quae in caelo sunt et in terra, tua sunt. \* Tuum, Domine, regnum, et tu elevaris ut caput super omnia.

De te sunt divitiae et gloria, \* tu dominaris omnium.

In manu tua virtus et potentia \* in manu tua est magnificare et firmare omnia.

Nunc igitur, Deus noster, confitemur tibi \* et laudamus nomen tuum inclitum.

Quis ego, et quis populus meus, \* ut possimus haec tibi universa offerre?

Tua sunt haec omnia; \* et, quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.

Peregrini enim sumus coram te et advenae, \* sicut omnes patres nostri;

dies nostri quasi umbra super terram, \* et nulla est spes.

Domine Deus noster, omnis haec copia, quam paravimus, + ut aedificaretur domus nomini sancto tuo, \* de manu tua est, et tua sunt omnia.

Scio, Deus meus, quod probes corda \* et simplicitatem diligas;

unde et ego in simplicitate cordis mei \* laetus obtuli universa haec

et populum tuum, qui hic repertus est, \* vidi cum ingenti gaudio sponte tibi offerre donaria.

Domine, Deus Abraham et Isaac et Israel patrum nostrorum, + custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum; \* et semper in venerationem tui mens ista permaneat”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* In manu tua, Domine, virtus et potentia; in manu tua magnitudo et imperium omnium.

*Oratio de cantico (Br Goth 374)*

Te amplissimae largitatis Dominum deprecamur  
ut donorum caelestium copiam  
de manu tua accipiamus;  
quam tibi, ob constituendam domum tuam,  
in nostris cordibus praeparemus;  
tibique votis simplicibus,  
quae tua sunt, offeramus,  
ac nomen tuum inclitum  
multimoda confessione laudemus.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Benedictiones*

*Antiphona* (AL 307; T35.4, 194; T35.5, 788, 822; L6, 389; Br Goth 625)  
(Cfr. Dn 3, 53)

In templo sancto gloriae tuae, benedictus es.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* In templo sancto gloriae tuae, benedictus es.

*Oratio de benedictionibus**(Ut in ordinario in officio festivo)**Psalmus matutinarius* (L6, 769; AL 181)

(Ps 89, 17.1)

Sit splendor Domini Dei nostri super nos,  
et opera manuum nostrarum dirige.

V/ Domine refugium factus es nobis,  
a generatione in generationem.

R/ Et opera manuum nostrarum dirige.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et opera manuum nostrarum dirige.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (L6, 703, 485, 684; AL 53, 57, 492; T35.4, 211, 212, 213,  
214, 215, 216)

(Ps 150, 1)

Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)**Ant.* Laudate Dominum in sanctis eius, alleluia.*Lectio*

(Apc 21, 9-27)

Apocalypsis Ioannis Apostoli

R/ Deo gratias.

Et venit unus de septem angelis habentibus septem phialas plenas septem plagis novissimis et locutus est mecum dicens: “Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni”. Et sustulit me in spiritu super montem magnum et altum et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem descendenter de caelo a Deo, habentem claritatem Dei; lumen eius simile lapidi pretiosissimo, tamquam lapidi iaspidi, in modum crystalli; et habebat murum magnum et altum et habebat portas duodecim et super portas angelos duodecim et nomina inscripta, quae sunt duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente portae tres, et ab aquilone portae tres, et ab austro portae tres, et ab occasu portae tres; et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et super ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum Agni.

Et, qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundinem auream, ut metiretur civitatem et portas eius et murum eius. Et civitas in quadro posita est, et longitudo eius tanta est quanta et latitudo. Et mensus est civitatem arundine per stadia duodecim milia; longitudo et latitudo et altitudo eius aequales sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quattuor cubitorum, mensura hominis, quae est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide, ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata: fundamentum primum iaspis, secundus sapphirus, tertius chalcedonius, quartus smaragdus, quintus sardonyx, sextus sardinus, septimus chrysolithus, octavus beryllus, nonus topazius, decimus chrysoprasus, undecimus hyacinthus, duodecimus amethystus. Et duodecim portae duodecim margaritae sunt, et singulae portae erant ex singulis margaritis. Et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum.

Et templum non vidi in ea: Dominus enim, Deus omnipotens, templum illius est, et Agnus. Et civitas non eget sole neque luna, ut luceant ei, nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna eius est Agnus. Et ambulabunt gentes per lumen eius, et reges terrae afferunt gloriam suam in illam; et portae eius non claudentur per diem, nox enim non erit illic; et afferent gloriam et divitias gentium in illam. Nec intrabit in ea aliquid coinquatum et faciens abominationem et mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae Agni.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti victor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ultor criminum.

Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 334, 331; T35.6, 349; L6, 646)  
 (Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.*  
*R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
 Redemptorem mundi  
 Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gloria Ascensionis suae  
 propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completuria* (L6, 772; LOPs 556)

Satia nos, Domine, mane misericordia tua,  
 et splendorem tuum constitue super nos;  
 ut dum lux tua irradiat lucem temporis,  
 fulgeat in nobis in gratiam puritatis;  
 et ut per spatia diei nobis adsit clara lux fidei,  
 opera manuum tuarum dirige in nos,  
 ac pro diebus humiliationis nostrae,  
 securitatem pacis attribue;  
 atque ita notam fac dexteram tuam,  
 ut cordibus nostris sapientiam,  
 et sensibus conferas disciplinam.

*R/ Amen.*  
 Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus,  
 et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (L6, 773)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/ Et cum spiritu tuo.*

Benedicat vos Dominus e caelis,  
cuius opus esse videmini in terris.

*R/ Amen.*

Ipse vos emundet ab omni peccato,  
qui in caelis a sanctis angelis collaudatur.

*R/ Amen.*

Ipse vos tribuat vitae perfectissimae donum,  
qui militiam sanctorum numerat angelorum.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 663)

(Ps 102, 19-20a; Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
benedicite dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
et collaudate eum omnes populi.

*R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,*  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,*  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,

qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinário in officio festivo*)

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (L6, 755, 707, 746; T35.4, 585; AL 335)

(Cfr. 1Sam 2, 10)

Dominus ascendit in caelos et tonat,  
 et ipse iudicabit extrema terrae.  
 V/ Potens est et dat virtutem regibus nostris,  
 et exaltabit cornu Christi sui.

*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et ipse iudicabit extrema terrae.*

*Antiphona* (L6, 756; AL 165)

(Ps 28, 9b-11)

In templo Domini omnes dicent gloriam,  
 et sedebit Dominus rex in aeternum.  
 V/ Dominus virtutem populo suo dabit,  
 Dominus benedic populo suo in pace.  
*R/ Et sedebit Dominus rex in aeternum.*  
 V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et sedebit Dominus rex in aeternum.*

*Alleluiaiticum* (L6, 757; AL 337)

(Ps 28, 11; Ps 105, 4)

Da, Domine, virtutem populo tuo, alleluia,  
 et benedic plebi tuae in pace, alleluia, alleluia.  
 V/ Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui,  
 visita nos in salutari tuo.

*R/ Et benedic plebi tuae in pace, alleluia, alleluia.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Et benedic plebi tuae in pace, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (MPs 228; T35.4, 572, 583, 627, 635, 639; T35.6, 339, 349; L6, 404, 671, 685, 704, 750, 758, 771; AL 334)

Post ut occasum resolvit vitae et hominem reddidit,  
arduum tribunal alti victor ascendit Patris  
inclitam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex viventium,  
dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus  
omnium venturus inde iustus ultor criminum.

Te senes et te iuventus, parvulorum te chorus,  
turba matrum virginumque, simplices puellulae,  
voce concordes pudicis prestrepant concentibus.

Fluminum lapsos et undae, litorum crepidines,  
imber aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies,  
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis. Amen.

*Versus* (AL 334, 331; T35.6, 349; L6, 646)

(Ps 46, 6)

*V/ Ascendit Deus in iubilatione.  
R/ Et Dominus in voce tubae.*

*Supplicatio* (Br Goth 654)

Oremus.  
Redemptorem mundi  
Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gloria Ascensionis suae  
propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Completeria* (OV 1013; T35.4, 573; T35.6, 340; L6, 672, 692; Br Goth 657)

Christe Dei virtus et Dei sapientia,  
qui propter nos et nostram salutem descendens e caelis,

humani generis carne vestiri dignatus es,  
 ut dignantissima societate nos tua deitate vestires,  
 et quod mortale descendendo susceperas,  
 immortalitati ascendendo donares:  
 tribue nobis interventu sollemnitatis hodiernae,  
 qua te caelos ascendentem et sequi cupimus, et gaudemus;  
 ut benignissime dispensationis huiusc munera cognoscentes  
 reddamus pietati, quod solum possumus, vota laudum;  
 expectantes secundi adventus tui  
 aeternorum solacia gaudiorum.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1014; T35.4, 574; T35.6, 341; L6, 673; Br Goth 658)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Iesus Christus Dominus  
 pacem, quam ad caelos remeans discipulis suis tradidit,  
 integrum in vobis illibatamque conservet.

*R/ Amen.*

Angelos quoque sanctos,  
 quos caelos ascensurus suo delegit obsequio,  
 vobis deputet in praesidio.

*R/ Amen.*

Ut, ipso auctore, illic erigamini fide,  
 quo vos assumendos speratis in requiem.

*R/ Amen.*

Ipso auxiliante Domino,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 663)

(Ps 102, 19–20a; Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
 benedicite dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
 et collaudate eum omnes populi.

R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,  
 alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
 qui es omnium terrae spes;  
 et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
 virtutumque copia sublimes insignium;  
 tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
 per quae vitae beatae scandimus ardua:  
 ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
 dum fidei petit sublimitatem,  
 spei promereatur quietem,  
 et ad caritatis perveniat apicem.

R/ Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

*In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incipit officium iejuniorum; observatur quarta feria, et quinta feria, et sexta feria, et sabbato ante sanctum Pentecosten, ad exorandum Dominum nostrum Iesum Christum pro peccatis nostris, ac pacem impetrandam vel pro sacris lectionibus audiendis; et, ut veniat Spiritus Paraclitus, et munda nostra reperiat habitacula, ecclesiam Domini frequentemus.*

### Feria quarta de letanias apostolicas

#### Ad matutinum

##### *Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 662, 161, 170, 246, 264, 315; AL 476-477; T35.2, 228; T35.4, 817)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150, 246, 264; T35.2,2; LOPs 137)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
qui tu susceptor noster esse dignatus es:  
obstruatur itaque os loquentium iniqua,  
cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

#### *Missa*

##### *Psalmus 18*

*Antiphona* (Br Goth 662)

(Cfr. Ps 18, 13)

Delicta qui solus intelligis, a peccatis nostris munda nos,  
Domine.

Caeli enarrant gloriam Dei, \* et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, \* et nox nocti indicat scientiam.  
 Non sunt loquelae neque sermones, \* quorum non intellegantur voces:  
 in omnem terram exivit sonus eorum, \* et in fines orbis terrae verba eorum.  
 Soli posuit tabernaculum in eis, + et ipse, tamquam sponsus procedens de thalamo suo, \* exsultavit ut gigas ad currendam viam.  
 A finibus caelorum egressio eius, + et occursum eius usque ad fines eorum, \* nec est quod se abscondat a calore eius.  
 Lex Domini immaculata, reficiens animam, \* testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis.  
 Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda, \* praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos.  
 Timor Domini mundus, permanens in saeculum saeculi; \* iudicia Domini vera, iusta omnia simul,  
 desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, \* et dulciora super mel et favum stillantem.  
 Etenim servus tuus eruditur in eis; \* in custodiendis illis retributio multa.  
 Errores quis intellegit? + Ab occultis munda me \* et a superbia custodi servum tuum, ne dominetur mei,  
 Tunc immaculatus ero \* et emundabor a delicto maximo.  
 Sint ut complaceant eloquia oris mei, + et meditatio cordis mei in conspectu tuo. \* Domine, adiutor meus et redemptor meus.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Delicta qui solus intelligis, a peccatis nostris munda nos, Domine.

*Oratio* (Br Goth 150, 204, 222, 277, 291, 386; S6, 307; LOPs 332)

Ab occultis nostris munda nos, Domine,  
 purgando conscientiam,  
 quae internis ac propriis inficitur maculis:  
 ab alienis quoque parce servis tuis,  
 ut ea indulgeas quae, vel malorum exemplis addiscimus,  
 vel pravis illecti persuassionibus perpetramus;  
 ut qui te proprium agnoscamus Dominum,  
 peccatorum nequaquam sentiamus ulterius dominatum.  
*R/* Amen.

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 19*

*Antiphona* (Br Goth 662)

(Ps 19, 10)

Domine salvum fac regem, et exaudi nos in die qua invoca-  
verimus te.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, \* protegat te no-  
men Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto \* et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui \* et holocaustum tuum pingue  
habeat.

Tribuat tibi secundum cor tuum \* et omne consilium tuum  
adimpleat.

Laetabimur in salutari tuo et in nomine Dei nostri levabimus  
signa; \* impleat Dominus omnes petitiones tuas.

Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus christum  
suum: + exaudivit illum de caelo sancto suo, \* in virtutibus  
salutis dexteræ eius.

Hi in curribus, et hi in equis, \* nos autem nomen Domini Dei  
nostri invocavimus.

Ipsi incurvati sunt et ceciderunt, \* nos autem surreximus et  
erecti sumus.

Domine, salvum fac regem, \* et exaudi nos in die, qua invo-  
caverimus te.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Domine salvum fac regem, et exaudi nos in die qua invocave-  
rimus te.

*Oratio* (Br Goth 150; S6, 309; LOPs 483)

Tribulationes cordis nostri,  
quas poenitendo facinorum ob metum iudicium pandit,  
per misericordiam tuam, Domine,  
ad indulgentiae laetitiam attrahe:  
mitte itaque nobis auxilium de sancto;  
et nostrorum maestitias cordium  
pingue tibi facito holocaustum:

ut mentibus nostris et consilium, quo delecteris, inspires;  
 et opus, quo placeris, insinues:  
 petitiones nostras ita suppleas, ut peccata deleas;  
 et ad illam regionem ubi sine termino vivitur,  
 propitius intromittas.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 32*

*Antiphona (Br Goth 662)*

(Ps 32, 22)

Fiat, Domine, misericordia tua super nos, sicut speravimus  
 in te.

Exsultate, iusti, in Domino; \* rectos decet collaudatio.  
 Confitemini Domino in cithara, \* in psalterio decem chordarum psallite illi.  
 Cantate ei canticum novum, \* bene psallite ei in vocifera-  
 tione,  
 quia rectum est verbum Domini, \* et omnia opera eius in fide.  
 Diligit iustitiam et iudicium; \* misericordia Domini plena  
 est terra.  
 Verbo Domini caeli facti sunt, \* et spiritu oris eius omnis  
 virtus eorum.  
 Congregans sicut in utre aquas maris, \* ponens in thesauris  
 abyssos.  
 Timeat Dominum omnis terra, \* a facie autem eius formidant  
 omnes inhabitantes orbem.  
 Quoniam ipse dixit, et facta sunt, \* ipse mandavit, et creat  
 sunt.  
 Dominus dissipat consilia gentium, \* irritas facit cogitationes  
 populorum.  
 Consilium autem Domini in aeternum manet, \* cogitationes  
 cordis eius in generatione et generationem.  
 Beata gens, cui Dominus est Deus, \* populus, quem elegit in  
 hereditatem sibi.  
 De caelo respexit Dominus, \* vidit omnes filios hominum.  
 De loco habitaculi sui respexit \* super omnes, qui habitant  
 terram,  
 qui finxit singillatim corda eorum, \* qui intellegit omnia

opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem, \* et gigas non libera-  
bitur in multitudine virtutis suae.

Fallax equus ad salutem, \* in abundantia autem virtutis  
suae non salvabit.

Ecce oculi Domini super metuentes eum, \* in eos, qui spe-  
rant super misericordia eius,

ut eruat a morte animas eorum \* et alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum, \* quoniam adiutor et pro-  
tector noster est;

quia in eo laetabitur cor nostrum, \* et in nomine sancto eius  
speravimus.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum  
speravimus in te.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Fiat, Domine, misericordia tua super nos, sicut speravimus in te.

*Oratio* (Br Goth 662, 230, 341, 392; T35.2, 320, 545; S6, 347; LOPs  
232)

Fiat misericordia tua , Domine, super nos,  
ut qui singillatim corda hominum fingis,  
speciatim ea sanctifies;  
et quia oculi tui super eos sunt, qui te metuunt,  
timoris tui da nobis plenitudinem,  
ut et agnitionis tuae nobis conferas largitatem.

*R/* Amen.

Per ineffabilia mirabilia sua, Deus noster,  
qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Responsorium* (Br Goth 662)

(Ps 66, 2; Ps 77, 38)

Deus misereatur nobis, et parcat peccata nostra;  
et avertat iram suam a nobis.

*V/* Illuminet vultum suum super nos,  
et misereatur nobis.

*R/* Et avertat iram suam a nobis.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Et avertat iram suam a nobis.

*Psalmus L**Antiphona* (Br Goth 662)

(Cfr. Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates nostras dele.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates nostras dele.

*Oratio* (Br Goth 151, 247, 296, 412, cfr. 356; T35,2, 411, 664; cfr. MPs 23; cfr. LOPs 517)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
 et omnes iniquitates nostras dele;  
 remove ab oculis tuis  
 malarum nostrarum facinus voluptatum,  
 nostraequae confessioni clementer tuum appone auditum:  
 miserere, quaesumus, rogantibus nobis,  
 qui propitius respicis in adversis,  
 et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
 confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
 Sed qui publicanus a longe stans,  
 et percutiens pectus suum,  
 sola confessione purgatus est;  
 similiter et nos peccatores exaudi;  
 ut sicut illi meritos petitionis suaे fructus donasti,  
 ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis  
 veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaе,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 204-205)

(Dt 9, 26-29)

*Antiphona* (Br Goth 204)

(Dt 9, 26)

Ne extermines plebem tuam, Domine, et hereditatem quam liberasti.

Domine Deus, ne disperdas populum tuum \* et hereditatem tuam,  
 quam redemisti in magnitudine tua, \* quod eduxisti de Aegypto in manu fortis.  
 Recordare servorum tuorum Abraham, Isaac et Iacob; \* ne  
 aspicias duritiam populi huius et impietatem atque pecca-  
 tum,  
 ne forte dicant habitatores terrae, \* de qua eduxisti nos:  
 “Non poterat Dominus introducere eos in terram, \* quam  
 pollicitus est eis, et oderat illos;  
 idcirco eduxit, \* ut interficeret eos in solitudine”.  
 Attamen ipsi sunt populus tuus et hereditas tua, \* quos  
 eduxisti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Ne extermines plebem tuam, Domine, et hereditatem quam li-  
 berasti.

*Oratio de cantico* (Br Goth 662)

Universae carnis spiritus fortissime ac misericors Deus,  
 propitiare, quaesumus, universitati ecclesiae tuae,  
 et dimitte peccata omnium;  
 aufer, quaesumus, a nobis iniquitates et scelera nostra,  
 tuaeque nos benedictionis et pacis infusione locupleta.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis tuae, Deus meus,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 662)

(Ps 89, 17.16)

Sit splendor Domini Dei nostri super nos,  
 et opera manuum nostrarum dirige super nos.

*V/ Respice in servos tuos, in opera tua;*  
*et dirige filios eorum.*

*R/ Et opera manuum nostrarum dirige super nos.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et opera manuum nostrarum dirige super nos.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 662)

(Ps 150, 1)

In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius.

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ant.* In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius.

*Lectio* (Br Goth 662-663)

(Prv 3, 5-12)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, habe fiduciam in Domino [...] et quasi pater in filio complacet sibi.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetur, vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elasta vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum.  
*Amen.*

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

*V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.*

*R/ Et renovabis faciem terrae.*

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gratia ipsius,  
 et per intercessionem Sanctae Mariae  
 Virginis Genetricis suae  
 in sacro sancto ieiunio remissionem peccatorum,  
 pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison, Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 663)

Descendat, Domine, ad nos Spiritus Sanctus,  
 per quem et mundata pectora nostra ipse possideas,  
 et institutam a te orationem suscias:  
 ut ita non per nos,  
 sed per illum nostra accipias postulata,  
 sicut per illum nostra deleas facinora;  
 cum eo, qui tecum et cum Patre regnat aequalis,  
 interpellante pro nobis,  
 per eum ad te proclamamus e terris:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 663)

Diac. Humiliate vos benedictioni.

Presb. Dominus sit semper vobiscum.

R/ Et cum spiritu tuo.

Expectantes se, Spiritus efficiat immaculatos a sordibus.

R/ Amen.

Repleat munere, quos se inspicit sustinere.

R/ Amen.

Ut cum venerit impleamur sanctitate eius,  
 cuius adventum amabiliter expectamus.

R/ Amen.

Ipsò praestante et auxiliante, qui cum Patre et Filio,  
unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 663)

(Ps 102, 19-20a; Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
benedicite dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Laudate Dominum omnes gentes,*  
*et collaudate eum omnes populi.*

*R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Benedicite dominum omnes angeli eius,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 670)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad tertiam**

*Lectio* (Br Goth 193)

(Prv 7, 1-2a)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

R/ Deo gratias.

Fili mi, custodi sermones meos et praecepta mea reconde tibi.

Serva mandata mea et vives.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 663-664)

(Ex 16, 1b-16a.31-35a)

Lectio libri Exodi.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: Venit omnis congregatio filiorum Israel in desertum Sin [...] Hic est sermo quem praecepit Dominus. Appelavitque domus Israel nomen eius Man [...] Filii autem Israel comedenterunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 664-665)

(Ag 1, 7-8.14; 2, 1b.5c.6-7.9)

Lectio libri Aggaei prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus exercituum: ponite corda vestra super vias vestras. Ascendite in montem, portate lignum et aedificate domum, et acceptabilis mihi erit et glorificabor, dicit Dominus. Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iudee et spiritum Iesu filii Iosedec sacerdotis magni et spiritum reliquorum omnium de populo; et ingressi sunt et faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui. Factum est verbum Domini in manu Aggaei prophetae dicens: spiritus meus stat in medio vestrum: nolite timere. Quia haec dicit Dominus exercituum [...] et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Maior erit gloria domus istius novissimae plus quam prima, dicit Dominus exercituum; et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 665-666)

(Act 10, 1-33)

Lectio Actuum Apostolorum.

R/ Deo gratias.

In diebus illis: Vir autem quidem in Caesarea, nomine Cornelius [...] quaecumque tibi praecepta sunt a Domino".

R/ Amen.

*Psalmus 59**Antiphona* (Br Goth 666)

(Cfr. Ps 59, 7)

Salvos nos faciat dextera tua, et exaudi nos.

Deus, reppulisti nos, destruxisti nos. \* Iratus es. Convertere ad nos!

Concussisti terram, confregisti eam; \* sana contritiones eius, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura, \* potasti nos vino vertiginis.

Dedisti metuentibus te signum, \* ut fugiant a facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui, \* salvos fac dextera tua et exaudi nos.

Deus locutus est in sancto suo: + "Laetabor et partibor Sichimam \* et convallem Succoth metibor.

Meus est Galaad, et meus est Manasses, \* et Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda sceptrum meum, \* Moab olla lavacri mei.

Super Idumaeam extendam calceamentum meum, \* super Philistaeam vociferabor".

Quis adducet me in civitatem munitam? \* Quis deducet me usque in Idumaeam?

Nonne tu, Deus, qui reppulisti nos; \* et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione, \* quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem, \* et ipse conculcabit tribulantes nos.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Salvos nos faciat dextera tua, et exaudi nos.*Oratio* (Br Goth 666, 543, 580; MPs 35; T35.2, 197; LOPs 376)Salvum fac populum tuum, Domine, dextera tua;  
et qui dedisti timentibus te crucis significationem,  
da plenissimam fidei dignitatem;

ut quos peccantes repuleras, convertentes suscias;  
 et tu da in tribulatione auxilium necessarium,  
 qui pro peccatoribus factus es pretium;  
 et ipse tribulantem inimicum ad nihilum redigas,  
 ipse redemptos in civitatem circumstantiae introducas.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia, qui vivit et regnat, Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 32, 1-17*

*Antiphona (Br Goth 666)*

(Ps 32, 2)

Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem cordarum  
 psallite ei.

Exsultate, iusti, in Domino; \* rectos decet collaudatio.  
 Confitemini Domino in cithara, \* in psalterio decem chordarum psallite illi.  
 Cantate ei canticum novum, \* bene psallite ei in vocifera-  
 tione,  
 quia rectum est verbum Domini, \* et omnia opera eius in  
 fide.  
 Diligit iustitiam et iudicium; \* misericordia Domini plena  
 est terra.  
 Verbo Domini caeli facti sunt, \* et spiritu oris eius omnis  
 virtus eorum.  
 Congregans sicut in utre aquas maris, \* ponens in thesauris  
 abyssos.  
 Timeat Dominum omnis terra, \* a facie autem eius formidant  
 omnes inhabitantes orbem.  
 Quoniam ipse dixit, et facta sunt, \* ipse mandavit, et creata  
 sunt.  
 Dominus dissipat consilia gentium, \* irritas facit cogitationes  
 populorum.  
 Consilium autem Domini in aeternum manet, \* cogitationes  
 cordis eius in generatione et generationem.  
 Beata gens, cui Dominus est Deus, \* populus, quem elegit in  
 hereditatem sibi.  
 De caelo respexit Dominus, \* vidit omnes filios hominum.  
 De loco habitaculi sui respexit \* super omnes, qui habitant  
 terram,

qui finxit singillatim corda eorum, \* qui intellegit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem, \* et gigas non libera-bitur in multitudine virtutis sua.

Fallax equus ad salutem, \* in abundantia autem virtutis sua non salvabit.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem cordarum psallite ei.

*Oratio* (Br Goth 666, 395, 688;cfr. LOPs 491; OV 339)

Domine,

qui iustorum gaudium tuum facis esse praeceptum;

quorum tibi laudatio,

et obsequitur diligendo, et diligit collaudando;

qui tibi per legis citharam novum canticum cantant,

et per psalterium piis vocibus sacro fragore persulant:

eorum nos, Domine, vestigiis inhaerere concede,

et laudem tuam cum eisdem tribue conclamare;

et quia rectus est sermo tuus, tuaque fidelia sunt opera,

praesta ut te corde fideli credamus,

et misericordiam tuam impensius consequi mereamur.

*R/* Amen.

Adiuvante sua misericordia, qui in Trinitate unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 32, 18-22*

*Antiphona* (Br Goth 666)

(Ps 32, 20)

Anima nostra patiens est Domino, quoniam adiutor et pro-tector noster est.

Ecce oculi Domini super metuentes eum, \* in eos, qui spe-rant super misericordia eius,

ut eruat a morte animas eorum \* et alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum, \* quoniam adiutor et pro-tector noster est;

quia in eo laetabitur cor nostrum, \* et in nomine sancto eius speravimus.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Anima nostra patiens est Domino, quoniam adiutor et protector noster est.

*Responsorium* (Br Goth 666)

(Mt 18, 26, 29; Ps 89, 7)

Deprecamur Dominum dicentes:

peccavimus tibi Deus;  
patientiam habe in nobis, et propitiare in malis,  
quae quotidie accrescunt super nos.

V/ Defecimus in ira tua,  
et in furore tuo conturbati sumus.

R/ Patientiam habe in nobis, et propitiare in malis,  
quae quotidie accrescunt super nos.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Patientiam habe in nobis, et propitiare in malis,  
quae quotidie accrescunt super nos.

(*Preces* Br Goth 666-667)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Diac:* Erigite vos.

Clamamus ad te Deus; exaudi nos,  
et a flagello irae tuae libera.

V/ Protector noster, sancte et piissime Pater,  
flagitium reprime, et praesidium tuum concede.

R/ Et a flagello irae tuae libera.

V/ Miserere clemens, et indulge placatus  
quos tuo redemisti sanguine sacro.

R/ Et a flagello irae tuae libera.

V/ Subveni, et audi aure placida cito;  
et gemitum attende creaturae totius tuae.

R/ Et a flagello irae tuae libera.

*Hymnus* (Br Goth 952)

Iam surgit hora tertia,  
et nos intenti currimus,  
psallendi opus implemus:  
Christum laudemus Dominum.

Hora quoque iam tertia  
Christus cruce suspensus est,  
voluntatem Patris implevit,  
mundi peccatum abstulit.

Conscendit sedem propriam,  
sedet ad Patris dexteram;  
collaudant throni Dominum,  
quem perfidi negaverant.

Nos Christum Deum colimus,  
iudicemque speramus;  
quem prophetae cecinerunt,  
apostoli secuti sunt.

Egressus hora tertia  
sanctus Pater familias  
per singulos denarios  
conduxit operarios.

In tua, Christe, vinea,  
quam praemio iam cernimus,  
sequimur opus mysticum  
propter promissum optimum.

Ecce praecessit iam hora,  
in qua Sanctus Spiritus  
Apostolorum vascula  
de verbo fecit ebria.

Infunde sensum, Domine;  
in te canamus laudibus:  
Christe, Redemptor omnium  
sanctifica nostrum chorum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis  
cum Patre, Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 952)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut sicut in hac hora diei tertia,  
Apostolorum corda Spiritus Sanctus illuminavit et docuit,  
ita nos indignos, lumine vero propitius illuminare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Kyrie eleison.*

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 667, 282, 393; L2, 69, 550; LOPs 36)

Tibi Domino patiens est anima nostra,  
a quo et virtutem tolerantiae,  
et praemium concupiscit accipere;  
tua ergo super nos misericordia,  
sicut speravimus, fiat,  
tuaque nos gratia consueta praeveniat.  
*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 953)

*Diac:* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus, qui hora diei tertia  
misit ad Apostolos suos Spiritum Sanctum Paraclitum,  
in visceribus nostris innovet spiritum rectum.

*R/ Amen.*

Et quia mirabile in aequitate permanet Sanctum,  
arcana pectoris nostri repleteat Spiritus Sanctus.

*R/ Amen.*

Unigenitus Christus Dominus,  
qui in faciem discipulorum suorum  
flatu vivifico insuflavit,  
ipse populum suum bendictionibus faciat abundare  
per Spiritum principalem.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia, qui vivit et regnat, Deus,  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad sextam**

*Lectio* (Br Goth 667)

(Is 32, 9-17)

Lectio libri Isaiae Prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus: Mulieres vanae, surgite, audite vocem meam; [...] et erit opus iustitiae pax, et cultus iustitiae silentium, et securitas usque in sempiternum.

R/ Amen.

*Psalmus 122*

*Antiphona* (Br Goth 667, 157; MPs 125)

(Ps 122, 2b)

Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nobis.

Ad te levavi oculos meos, \* qui habitas in caelis.

Ecce sicut oculi servorum ad manus dominorum suorum, \*  
sicut oculi ancillae ad manus dominae sua,  
ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, \* donec mise-  
reatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri, \* quia multum re-  
pleti sumus despectione;

quia multum repleta est anima nostra \* derisione abundan-  
tium et despectione superborum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nobis.

*Oratio* (Br Goth 157-158, 241, 294, 318, 338; T35.2, 124, 295, 1491;  
MPs 125; LOPs 448)

Ad te, Domine, oculos nostros erigimus,  
quem in caelestibus habitare,  
et terrae machinam virtute continere fatemur;  
miserere igitur nostri, Domine, miserere,  
et peccatis nostris, pro quibus te iratum metuimus, parce;  
ut contemptum nostrum pietati clementi respicias,  
et a delicti opprobrio dextera tuae nos virtutis erigas.

R/ Amen.

Concedente eius misericordia,  
 qui vivit et regnat Deus in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psalmus 124**Antiphona* (Br Goth 667)

(Ps 124, 4a)

Benefac, Domine, bonis.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: \* non commovebitur, in aeternum manet.

Ierusalem, montes in circuitu eius, + et Dominus in circuitu populi sui \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Quia non requiescat virga iniquitatis super sortem iustorum, \* ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis \* et rectis corde.

Declinantes autem per vias pravas + adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. \* Pax super Israel!

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Benefac, Domine, bonis.

*Oratio* (Br Goth 158, 339, 353; T35.2, 300, 381; LOPs 188)

Benefac, Domine, bonis,  
 et rectis corde regimen salutaris impende;  
 atque in tuae plebis custodiam semper vigila,  
 et malignantium rabiem tua dextera frena.

*R/ Amen.*

Concedente clementia sua,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 130**Antiphona* (Br Goth 667)

(Ps 130, 3)

Speret Israel in Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum.

Domine, non est exaltatum cor meum, \* neque elati sunt oculi mei,  
 neque ambulavi in magnis \* neque in mirabilibus super me.

Vere pacatam et quietam \* feci animam meam;  
sicut ablactatus in sinu matris suae, \* sicut ablactatus, ita in  
me est anima mea.

Speret Israel in Domino \* ex hoc nunc et usque in saecu-  
lum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Speret Israel in Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum.

*Responsorium* (Br Goth 667)

(Bar 3, 2; cfr. Ps 122, 1)

Miserere, quia Deus es.

Misericors miserere, quia peccavimus tibi.

V/ Ad te levamus oculos nostros,  
qui habitas in caelis.

R/ Misericors miserere, quia peccavimus tibi.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Misericors miserere, quia peccavimus tibi.

*Preces* (Br Goth 667)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*Diac:* Erigite vos.

Dicamus omnes preces nostras:

Domine, placatus attende;  
et in misericordia furorem remove.

V/ Benignus ea, quae rogaris, concede;  
et postulationem nostram.

R/ Et in misericordia furorem remove.

V/ Deus noster, aperi oculos tuos,  
et vide mala quae nos comprimunt.

R/ Et in misericordia furorem remove.

V/ Indulgentiam peccatorum nostrorum concede,  
et lacrimas poenitentium.

R/ Et in misericordia furorem remove.

*Hymnus* (Br Goth 995)

Iam cursus horae sextae  
 rotat diei tempore,  
 nos admonet per omnia  
 laudes referre debitas.

Hoc solis aevo mystice  
 tres patriarcha hospitat  
 carnis figurae nuntios  
 sub Trinitatis numine.

Nunc Petrus orans, gentibus  
 fidem futuram prospicit:  
 nunc viva Christus feminae  
 instat fluenta tradere.

Perfecta summi calculi  
 haec prima constat partibus;  
 quae ducta sese perficit,  
 tenetque mundi fabricam.

Haec nempe Christi condita  
 manent tua potentia;  
 cuius potestas gloriae  
 per cuncta regnat saecula. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 955)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus:  
 ut nobis auxilium de caelo,  
 et misericordiam suam largam propitius tribuere dignetur.  
*R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 158, 314; T35.2, 219, 396; LOPs 295)

Exalta cor nostrum, Domine, fidei catholicae merito,  
 ne maculetur mens superbiae morbo;  
 gressusque nostros  
 super mundi huius latitudinem tribue ambulare,  
 ne noxii incedamus in compedes;  
 sed humiliter sentiendo,  
 ad plenitudinem spei nobis condones properare.  
*R/ Amen.*

Tua concedente clementia,  
 piissime et admirabilis Deus,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio**(Ut in ordinario in officio feriali)**Benedictio* (Br Goth 995)*Diac:* Humiliate vos bendictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Salutare tuum, Domine,  
familis tuis triguere dignare.

*R/ Amen.*

Orationes suscipe, petitiones supple,  
et peccata dimitte.

*R/ Amen.*

A languoribus cura,  
et fidelium pectora a delictorum maculis purga.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.**Conclusio**(Ut in ordinario in officio feriali)***Ad nonam***Lectio* (Br Goth 192)

(Prv 3, 5-7)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, habe fiduciam in Domino [...] time Dominum et recede  
a malo.

*R/ Amen.**Lectio* (Br Goth 667-668)

(Nm 17, 16-28; 18, 1-2)

Lectio libri Numeri.

*R/ Deo gratias.*

In diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen dicens [...] tu  
autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 427-428)

(Mich 3, 1-8a)

Lectio libri Michaeae prophetae.

R/ Deo gratias.

“Audite principes Iacob et duces domus Israel [...] Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio et virtute.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 668-669)

(Act 10, 34-48; 11, 1-18)

Lectio libri Actuum Apostolorum.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: Aperiens Petrus os dixit: [...] Audierunt autem Apostoli et fratres, qui erant in Iudea, quoniam et gentes receperunt verbum Dei, et glorificaverunt Deum.

R/ Amen.

*Psalmus 31**Antiphona* (Br Goth 669)

(Ps 31, 10)

Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit.

Beatus, cui remissa est iniquitas, \* et obiectum est peccatum.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus delictum, \* nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, \* dum rugirem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua, \* immutatus est vigor meus in ardoribus aestatis.

Peccatum meum cognitum tibi feci \* et delictum meum non abscondi.

Dixi: “Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino”.

\* Et tu remisisti impietatem peccati mei.

Propter hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. \* Et in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum, a tribulatione conservabis me; \* exultationibus salutis circumdabis me.

Intellectum tibi dabo et instruam te in via, qua gradieris; \* firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, \* quibus non est intellectus;  
in camo et freno si accedis ad constringendum, \* non  
approximant ad te.

Multi dolores impii, \* sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Laetamini in Domino et exsultate, iusti; \* et gloriamini, omnes recti corde.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit.

*Oratio* (Br Goth 669; L5, 1256; LOPs 344)

Deus, quem cordium occulta non latent,  
tibi secreta conscientiae non celantur:  
remitte quaesumus iniquitates nostras,  
et dele omnia peccata nostra;  
ut animas nostras,  
et admissa remittendo conqueriras,  
et tegendo delicta possideas;  
et quia tu es exultatio nostra,  
redime nos miserando,  
et a flagellis peccatorum redimendo libera.

*R/ Amen.*

Concedente clementia sua,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 33, 1-11*

*Antiphona* (Br Goth 669)

(Ps 33, 4)

Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in unum.

Benedicam Dominum in omni tempore, \* semper laus eius in ore meo.

In Domino gloriabitur anima mea, \* audiant mansueti et laetentur.

Magnificate Dominum mecum, \* et exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisivi Dominum, et exaudivit me \* et ex omnibus terribus meis eripuit me.

Respicite ad eum, et illuminamini, \* et facies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum \* et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.

Vallabit angelus Domini in circuitu timentes eum \* et eripiet eos.

Gustate et videte quoniam suavis est Dominus; \* beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum, sancti eius, \* quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurierunt, \* inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in unum.

*Oratio* (Br Goth 669; LOPS 492)

In omni tempore te Dominum benedicat anima nostra,  
et in laudem tuam oris confessione personet;  
magnificent te omnis conventus ecclesiae,  
et in unitate fidei collecta,  
te redemptorem nostrum inquirendo non desinat,  
sed potentiam tuam multiplici famulatu sustollat;  
ut talibus frequentando obsequiis,  
et a praesentibus angustiis liberetur,  
et futurae beatitudinis gloriae coniungatur.

*R/ Amen.*

Concedente gratia miserationis illius,  
cuius regnum et imperium iuge ac gloriosum  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 33, 12-23*

*Antiphona* (Br Goth 669)

(Ps 33, 23)

Redimet Dominus animas servorum suorum, et non derelinquet omnes qui sperant in eum.

Venite, filii, audite me: \* timorem Domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam, \* diligit dies, ut videat bonum?

Prohibe linguam tuam a malo, \* et labia tua, ne loquantur dolum.

Diverte a malo et fac bonum, \* inquire pacem et perseguere eam.

Oculi Domini super iustos, \* et aures eius in clamorem eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala, \* ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt, et Dominus exaudivit \* et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Iuxta est Dominus iis, qui contrito sunt corde, \* et confractos spiritu salvabit.

Multae tribulationes iustorum, \* et de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit omnia ossa eorum, \* unum ex his non conteretur.

Interficiet peccatorem malitia; \* et, qui oderunt iustum, punientur.

Redimet Dominus animas servorum suorum; \* et non punientur omnes, qui sperant in eo.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Redimet Dominus animas servorum suorum, et non derelinquet omnes qui sperant in eum.

### Preces (Br Goth 669)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*Diac:* Erigite vos.

Acclives te oramus, Christe, parce nobis,  
et miserere.

*V/* Placare supplicantibus, Salvator Unigenite;  
nostrisque favens precibus, propitius illabere.

*R/* Et miserere.

*V/* Delicta nostra pandimus, scelera cognoscimus;  
extensis caelo manibus veniam exposcimus.

*R/* Et miserere.

*V/* Remissionem omnium tribue facinorum;  
concede indulgentiam, quam omnes a te postulant.

*R/* Et miserere.

*V/* Infirmos omnes visita, captivos redde patriae,

oppressos cunctos alleva benigna tua dextera.

*R/ Et miserere.*

*Hymnus* (Br Goth 960)

Perfecto trino numero,  
ternis horarum terminis,  
laudes canentes debitas,  
nonam dicentes psallimus.

Sacrum Dei mysterium  
puro canentes pectore;  
Petri magistri regulam  
signo salutis proditam.

Et nos surgamus spiritu  
adhaerentes Apostolis:  
qui plantas habent debiles,  
Christi virtute diligunt.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 959)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nobis poenitendi votum, et poenitentiae fructum,  
et vitae aeternae remedium propitius tribuere dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison.

*R/ Christe, eleison. Kyrie, eleison.*

*Completuria* (Br Goth 669, 230, 283, 393, 565, 573; T35.2, 71, 551,  
1525; L5, 1203; LOPs 233)

Inquirentes te, Domine, dignanter exaudi,  
atque ut in te laudetur anima nostra,  
propitius indultor imperti;  
et quia iuxta es his, qui tribulato sunt corde,  
aurem tuam ad contritionem nostri spiritus pande;  
et ad pacem tuam, quae exuperat omnem sensum,  
corpora nostra et corda converte.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio**(Ut in ordinario in officio feriali)**Benedictio* (Br Goth 960)*Diac:* Humiliate vos bendictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Salva plebem tuam, Domine, quam tu ipse creasti.

*R/ Amen.*

Benedic hereditatem tuam, quam pretioso sanguine redemisti.

*R/ Amen.*Rege eam, et extolle eam usque in sempiternum,  
et in saeculum saeculi.*R/ Amen.*Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.*R/ Amen.**Conclusio**(Ut in ordinario in officio feriali)***Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio feriali)**Vespertinum* (Br Goth 670, 411; AL 167; T35.2, 131, 397, 649, 1445;  
T35.5, 241)

(Ps 54, 18)

Vespere, mane et meridie, te laudamus, Domine.

*Psalmus 27**Antiphona* (Br Goth 670)

(Cfr. Ps 27, 9)

Salva plebem tuam, Domine, et benedic hereditatem tuam,  
Domine.

Ad te, Domine, clamabo; \* Deus meus, ne sileas a me.  
 Ne quando taceas a me, \* et assimilabor descendantibus in lacum.  
 Exaudi vocem deprecationis meae, dum clamo ad te, \* dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.  
 Ne simul trahas me cum peccatoribus \* et cum operantibus iniquitatem.  
 Qui loquuntur pacem cum proximo suo, \* mala autem in cordibus eorum.  
 Da illis secundum opera eorum \* et secundum nequitiam adinventionum ipsorum.  
 Secundum opus manuum eorum tribue illis, \* redde retributionem eorum ipsis.  
 Quoniam non intellexerunt opera Domini et opus manuum eius, \* destruet illos et non aedificabit eos.  
 Benedictus Dominus, \* quoniam exaudivit vocem deprecationis meae;  
 Dominus adiutor meus et protector meus, \* in ipso speravit cor meum, et adiutus sum,  
 et exsultavit cor meum, \* et in cantico meo confitebor ei.  
 Dominus fortitudo plebi suae, \* et refugium salvationum christi sui est.  
 Salvum fac populum tuum et benedic hereditati tuae \* et pasce eos et extolle illos usque in aeternum.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Salva plebem tuam, Domine, et benedic hereditatem tuam, Domine.

*Alleluiaiticum (Br Goth 670)*

(Ps 118, 5.2)

Dirigantur viae nostrae, Domine,  
 ad custodiendas iustificationes tuas.  
*V/* Beati immaculati in via,  
 qui ambulant in lege Domini.  
*R/* Ad custodiendas iustificationes tuas.  
*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/* Ad custodiendas iustificationes tuas.

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons, Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum poenitet.  
Horrens, tetur vel pessimum,  
turpissimum, ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat:  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater pissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suae,  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 670)

Christe, Dei virtus et Dei sapientia,  
quem omnis creatura praeconans laudem annuntiat;  
et omnis ecclesia venisse iam te praedicat,  
atque ad iudicium venturum evangelium praeannuntiat:  
Domine miserere, et parce populi tui delicta;  
et tribue nobis in hac, quam aggredimur,  
parcimoniam, abstinentiam,

in bonis actibus tui timoris perseverantiam,  
 atque in nos cor novum, et spiritum rectum innova;  
 et sicut olim discipulis  
 e caelis inspirasti Spiritum veritatis;  
 nobis quoque praesta  
 post hos abstinentiae dies similiter consequi,  
 ut mereamur remunerationem tui timoris,  
 quia, te instituente, dicimus:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 670)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui post resurrectionis suae diem  
 quaterdenis diebus cum discipulis commoratus est suis,  
 inchoationis vestrae iejunium clemens suscipiat,  
 et cuncta facinora laxando dimittat.

*R/* Amen.

Et qui ad discipulos intrare non distulit ianuis clausis,  
 ipse vos ingredi faciat in regnum suae beatitudinis.

*R/* Amen.

Et qui videntibus cunctis ad caelos remeans,  
 sedem repetit deitatis,  
 illustrari vos iubeat per Spiritum veritatis.

*R/* Amen.

Ipso praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
 et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate eum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

R/ Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Feria quinta de letanias apostolicas**

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 662, 161, 170, 246, 264, 315; AL 476-477; T35.2, 228; T35.4, 817)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150, 246, 264; T35.2, 2; LOPs 317)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget salutem nostram esse in te Domino Deo nostro; nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur, qui tu susceptor noster esse dignatus es: obstruatur itaque os loquentium iniqua, cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus, et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa*

*Psalmus 64*

*Antiphona* (Br Goth 670)

(Ps 64, 6b)

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae.

Te decet hymnus, Deus, in Sion; \* et tibi reddetur votum in Ierusalem.

Qui audis orationem, \* ad te omnis caro veniet propter iniitatem.

Etsi praevaluerunt super nos impietas nostrae, \* tu propitiaberis eis.

Beatus, quem elegisti et assumpsisti; \* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur bonis domus tuae, \* sanctitate templi tui.

Mirabiliter in aequitate exaudies nos, Deus salutis nostrae, \* spes omnium finium terrae et maris longinqui.

Firmans montes in virtute tua, \* accinctus potentia.

Compescens sonitum maris, sonitum fluctuum eius \* et tumultum populorum.

Et timebunt, qui habitant terminos terrae, a signis tuis; \*  
 exitus orientis et occidentis delectabis.  
 Visitasti terram et ineibriasti eam; \* multiplicasti locupletare  
 eam.  
 Flumen Dei repletum est aquis; \* parasti frumenta illorum,  
 quoniam ita parasti eam.  
 Sulcos eius irrigans, glebas eius complanans; \* imbribus  
 emollis eam, benedicis germini eius.  
 Coronasti annum benignitate tua, \* et vestigia tua stillabunt  
 pinguedinem.  
 Stillabunt pascua deserti, \* et exsultatione colles accingentur.  
 Induta sunt ovibus prata, et valles abundabunt frumento; \*  
 clamabunt, etenim hymnum dicent.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae.

*Oratio* (Br Goth 670, 287, 404, 405; LOPs 381)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
 qui es omnium terrae spes;  
 et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
 virtutumque copia sublimes insignium;  
 tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
 per quae vitae beatae scandimus ardua:  
 ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
 dum fidei petit sublimitatem,  
 spei promereatur quietem,  
 et ad caritatis perveniat apicem.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 65*

*Antiphona* (Br Goth 670)

(Ps 65, 4a)

Omnis terra adoret te, et psallat tibi.

Iubilate Deo, omnis terra, + psalmum dicite gloriae nominis eius, \* glorificate laudem eius.

Dicite Deo: "Quam terribilia sunt opera tua. \* Prae multitudine virtutis tuae blandientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi, \* psalmum dicat nomini tuo".

Venite et videte opera Dei, \* terribilis in adinventionibus super filios hominum.

Convertit mare in aridam, + et in flumine pertransibunt pede; \* ibi laetabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, + oculi eius super gentes respiciunt; \* rebelles non exaltentur in semetipsis.

Benedicte, gentes, Deum nostrum + et auditam facite vocem laudis eius;

qui posuit animam nostram ad vitam \* et non dedit in commotionem pedes nostros.

Quoniam probasti nos, Deus; \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, \* posuisti tribulationes in dorso nostro.

Imposuisti homines super capita nostra, + transivimus per ignem et aquam, \* et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis; + reddam tibi vota mea, quae protulerunt labia mea, \* et locutum est os meum in tribulacione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, \* offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum, \* quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clamavi \* et exaltavi in lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, \* non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus, \* attendit voci deprecationis meae.

Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam \* et misericordiam suam a me.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Omnis terra adoret te, et psallat tibi.

*Oratio* (Br Goth 670-671, 165, 348; T35.2, 353; LOPs 78)

Omnis terra adoret te, Domine,  
et tibi psallat vitae participio incorruptae;  
ut, sicut sunt omnia tuo formata opificio,  
ita cuncta tuo pariter subdantur imperio.

*R/* Amen.

Per ineffabilia mirabilia sua, Deus noster,  
qui vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psalmus 66*

*Antiphona* (Br Goth 671)  
(Ps 66, 8)

Benedicat nos Dominus Deus noster, benedicat nos Deus; et  
metuant eum omnes fines terrae.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis; \* illuminet vul-  
tum suum super nos,  
ut cognoscatur in terra via tua, \* in omnibus gentibus salu-  
tare tuum.  
Confiteantur tibi populi, Deus; \* confiteantur tibi populi  
omnes.  
Laetentur et exsultent gentes, + quoniam iudicas populos in  
aequitate \* et gentes in terra dirigis.  
Confiteantur tibi populi, Deus; \* confiteantur tibi populi  
omnes.  
Terra dedit fructum suum; \* benedicat nos Deus, Deus noster,  
benedicat nos Deus, \* et metuant eum omnes fines terrae.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Benedicat nos Dominus Deus noster, benedicat nos Deus; et  
metuant eum omnes fines terrae.

*Oratio* (Br Goth 671; LOPs 79)

Confiteantur tibi omnes populi, Deus,  
tua qui redempti sunt praemia;  
et quorum erant ob infidelitatem implenda supplicia,  
gaudeant tua gratuita salvari se gratia.  
*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (Br Goth 671)

Domine, ne intendas in delicta populi tui,  
sed in eos intende qui serviunt tibi in veritate.

*V/ Neque volueris perdere,  
qui pecudum mores habuerunt, sed respice super eos.*

*R/ Qui serviunt tibi in veritate.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Qui serviunt tibi in veritate.*

*Psalmus L*

*Antiphona (Br Goth 671)*

(Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

*Oratio (Br Goth 151, 247, 296, 412, cfr. 356; T35.2, 411, 664; cfr. MPs 23; cfr. LOPS 517)*

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
et omnes iniquitates nostras dele;  
remove ab oculis tuis  
malarum nostrarum facinus voluptatum,  
nostraequae confessioni clementer tuum appone auditum:  
miserere, quaesumus, rogantibus nobis,  
qui propitius respicis in adversis,  
et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
Sed qui publicanus a longe stans,  
et percutiens pectus suum,  
sola confessione purgatus est,  
similiter et nos peccatores exaudi;  
ut sicut illi meritos petitionis sua fructus donasti,  
ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis  
veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis sua,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 200-201)

(Gn 32, 9-12)

*Ant.* (Br Goth 671)

(Cfr. Gn 32, 9)

Deus patris nostri Isaac, Domine qui dixisti mihi: revertere in terram tuam et in locum patris tui, et benefaciam tibi.

“Deus patris mei Abraham et Deus patris mei Isaac, \* Domine, qui dixisti mihi:

“Revertere in terram tuam et in locum nativitatis tuae, \* et benefaciam tibi”;

minor sum cunctis miserationibus et cuncta veritate, \* quam explesti servo tuo.

In baculo meo transvi Iordanem istum \* et nunc cum duabus turmis regredior.

Erue me de manu fratris mei, \* de manu Esau,  
quia valde eum timeo; \* ne forte veniens percutiat matrem cum filiis.

Tu locutus es quod mihi bene faceres + et dilatares semen meum sicut arenam maris, \* quae prae multitudine numerari non potest”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Deus patris nostri Isaac, Domine qui dixisti mihi: revertere in terram tuam et in locum patris tui, et benfaciam tibi.

*Oratio de cantico* (Br Goth 671)

Domus tuae dignitas ac sublimitas,  
tua nos gratia revelante, patescat;  
quatenus eam vere ut caeli portam elevatam  
sursum humili intuitu contemplantes,  
cum omni reverentia veneremur,  
ac votorum nostrorum in ea tibi,  
ex donis tuis, munera offeramus.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
qui est benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 671)

(Ps 111, 4; Ps 106, 6)

Exortum est in tenebris lumen rectis corde;  
misericors et miserator, et iustus Dominus.

V/ Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur,  
et de necessitatibus liberavit eos Dominus.

R/ Misericors et miserator, et iustus Dominus.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Misericors et miserator, et iustus Dominus.

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (Br Goth 671)

(Cfr. Ps 150, 1)

In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius laudate Dominum.

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ant.* In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius laudate Dominum.

*Lectio* (Br Goth 670-671)

(Prv 3, 13-26)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

R/ Deo gratias.

Beatus homo qui invenit sapientiam [...] et custodiet pedem tuum ne capiaris.

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Elasta vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non paena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Egisse multum paenitet. Horrens, teturum, vel pessimum; turpissimum ac sordidum fatemur omne noxium.	Praesta, Pater piissime, Patrique compar Unice, cum Spiritu Paraclito, regnans per omne saeculum. Amen.
---	--

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)  
 (Ps 130, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.  
 R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.  
 Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
 cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gratia ipsius,  
 et per intercessionem Sanctae Mariae  
 Virginis Genetricis suae  
 in sacro sancto ieiunio remissionem peccatorum,  
 pacemque nobis propitius donare dignetur.  
 R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.  
 Kyrie eleison.  
 R/ Christe eleison, Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 663)

Descendat, Domine, ad nos Spiritus Sanctus,  
 per quem et mundata pectora nostra ipse possideas,  
 et institutam a te orationem suscipias:  
 ut ita non per nos,  
 sed per illum nostra accipias postulata,  
 sicut per illum nostra deleas facinora;  
 cum eo, qui tecum et cum Patre regnat aequalis,  
 interpellante pro nobis,  
 per eum ad te proclamamus e terris:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 663)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Expectantes se, Spiritus efficiat immaculatos a sordibus.

*R/ Amen.*

Repleat munere, quos se inspicit sustinere.

*R/ Amen.*

Ut cum venerit impleamur sanctitate eius,  
cuius adventum amabiliter expectamus.

*R/ Amen.*

Ipso praestante et auxiliante, qui cum Patre et Filio,  
unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 663)

(Ps 102, 19-20a; Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
benedicite dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/* Laudate Dominum omnes gentes,  
et collaudate eum omnes populi.

*R/* Benedicite dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Benedicite dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad tertiam**

*Lectio* (Br Goth 672)

(Eccli 6, 18-20)

Lectio libri Ecclesiastici.

*R/ Deo gratias.*

Fili, a iuventute tua excipe doctrinam [...] et cito edes de generationibus illius.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 672-674)

(Nm 16, 1-35; 17, 1-13)

Lectio libri Numeri.

*R/ Deo gratias.*

In diebus illis: Core filius Isaar Filii Caath [...] et stetit inter mortuos ac viventes, et plaga cessavit.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 674)

(Ez 39, 21-29)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: “Ponam gloriam meam in gentibus [...] eo quod effuderim spiritum meum super domum Israel”, ait Dominus.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 674-675)

(Act 15, 5-17a)

Lectio libri Actuum Apostolorum.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus. Surrexerunt autem quidam de haeresi phariseorum [...] *super quas invocatum est nomen meum.*

*R/ Amen.*

*Psalmus 124**Antiphona* (Br Goth 675)

(Ps 124, 1)

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commovebitur in aeternum.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: \* non commovebitur, in aeternum manet.

Ierusalem, montes in circuitu eius, + et Dominus in circuitu populi sui \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Quia non requiescat virga iniquitatis super sortem iustorum, \* ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis \* et rectis corde.

Declinantes autem per vias pravas adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. \* Pax super Israel!

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commovebitur in aeternum.

*Oratio* (Br Goth 675; LOPs 451)

Concede nobis, Domine, sic in te firmiter confidere,  
ne possit nos turbo inimici commovere;  
in monte Sion fidem nostram statue,  
et in circuitu populi iugiter adesse dignare,  
ne redemptorum numerositas concupiscat  
ad iniquitatem manus extendere;  
ac sic mundi delectamenta respuant,  
ut obligationes noxias tua in virtute disrumpant,  
tuamque bonitatem sacra donatione suscipiant.

*R/* Amen.

Auxiliante misericordia divinitatis suae,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 28**Antiphona* (Br Goth 675)

(Ps 28, 11)

Dominus virtutem populo suo dabit, et benedicet plebem suam in pace.

Afferte Domino, filii Dei, \* afferte Domino gloriam et potentiam,  
afferte Domino gloriam nominis eius, \* adorate Dominum in splendore sancto.  
Vox Domini super aquas; Deus maiestatis intonuit, \* Dominus super aquas multas.  
Vox Domini in virtute, \* vox Domini in magnificentia.  
Vox Domini confringentis cedros; \* et confringet Dominus cedros Libani.  
Et saltare faciet, tamquam vitulum, Libanum, \* et Sarion, quemadmodum filium unicornium.  
Vox Domini intercidentis flammarum ignis, + vox Domini concutientis desertum, \* et concutiet Dominus desertum Cades.  
Vox Domini properantis partum cervarum, et denudabit condensa; \* et in templo eius omnes dicent gloriam.  
Dominus super diluvium habitat, \* et sedebit Dominus rex in aeternum.  
Dominus virtutem populo suo dabit, \* Dominus benedicet populo suo in pace.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Dominus virtutem populo suo dabit, et benedicet plebem suam in pace.

*Oratio* (Br Goth 675; LOPs 488)

Deus, cuius filii, id est angeli, gloriam offerunt,  
cui omnes sancti honorem laudemque depromunt:  
te adoramus subiecti, te humiles deprecamur;  
suscipe, Domine, fidelia vota mentis,  
et compesce superbiam carnis;  
accepta preces servorum tuorum,  
eisque consortium tribue angelorum;  
ut cuius vox intonuit in virtute,  
et effulsit in magnificentia,  
de cordis interioribus ignorantiae tenebras removeas,  
et scientiae lumen, per quod te contemplari mereamur,  
propitius accendas.

*R/* Amen.

Auxiliante sua misericordia,  
qui vivit cum Deo Patre,  
et regnat cum Spiritu Sancto, unus Deus,  
in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 48**Antiphona (Br Goth 675)*

(Ps 48, 3b)

Simul in unum, dives et pauper.

Audite haec, omnes gentes; \* auribus percipite, omnes, qui habitatis orbem:

qui que humiles et viri nobiles, \* simul in unum dives et pauper!

Os meum loquetur sapientiam, \* et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam, \* aperiam in psalterio aenigma meum.

Cur timebo in diebus malis, \* cum iniqüitas supplantantium circumdabit me?

Qui confidunt in virtute sua \* et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.

Etenim seipsum non redimet homo; \* non dabit Deo propitiationem suam.

Nimum est pretium redemptionis animae eius: ad ultimum deficiet, \* ut vivat usque in finem nec videat interitum.

Et videbit sapientes morientes; simul insipiens et stultus peribunt \* et relinquunt alienis divitias suas.

Sepulcra eorum domus illorum in aeternum; + tabernacula eorum in progeniem et progeniem, \* etsi vocaverunt nomini- bus suis terras suas.

Et homo, cum sit in honore, non permanebit; + comparatus est iumentis, quae pereunt, \* et similis factus est illis.

Haec via illorum, quorum fiducia in semetipsis, \* et finis eorum, qui complacent in ore suo.

Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos; \* des- cendent praecipites ad sepulcrum,  
et figura eorum erit in consumptionem: \* infernus habitacu- lum eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam, \* de manu inferi vere suscipiet me.

Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, \* et cum multipli- cata fuerit gloria domus eius,  
quoniam, cum interierit, non sumet omnia, \* neque descen- det cum eo gloria eius.

Cum animae suae in vita ipsius benedixerit: \* “Laudabunt te quod benefecisti tibi”,

tamen introibit ad progeniem patrum suorum, \* qui in aeternum non videbunt lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit; \* comparatus est iumentis, quae pereunt, et similis factus est illis.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Simul in unum, dives et pauper.

*Responsorium* (Br Goth 675)

(Sap 11, 23b; Dn 3. 33-35a)

Miserere, et parce nobis Domine,  
qui pietatem plus diligis quam iudicium requiris;  
et ideo dissimulas a peccatis,  
ut habeas quibus miserearis.

V/ Confussio et opprobrium facti sumus  
omnibus qui colebant te.

Ne, quae sumus, tradas nos in perpetuum,  
neque auferas a nobis misericordiam tuam.

R/ Ut habeas quibus miserearis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ut habeas quibus miserearis.

*Preces* (Br Goth 675)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*Diac:* Erigite vos.

Dicamus omnes preces nostras:

Domine, placatus atende,  
et in misericordia furorem remove.

V/ Benignus ea, quae rogaris concede,  
et postulationem nostram.

R/ Et in misericordia furorem remove.

V/ Deus noster, aperi oculos tuos  
et vide mala quae nos comprimunt.

R/ Et in misericordia furorem remove.

V/ Indulgentiam peccatorum nostrorum concede,  
et lacrimas poenitentium.

R/ Et in misericordia furorem remove.

*Hymnus* (Br Goth 952)

Iam surgit hora tertia,  
et nos intenti currimus,  
psallendi opus implemus:  
Christum laudemus Dominum.

Hora quoque iam tertia  
Christus cruce suspensus est,  
voluntatem Patris implevit,  
mundi peccatum abstulit.

Conscendit sedem propriam,  
sedet ad Patris dexteram;  
collaudant throni Dominum,  
quem perfidi negaverant.

Nos Christum Deum colimus,  
iudicemque speramus;  
quem prophetae cecinerunt,  
apostoli secuti sunt.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis  
cum Patre, Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

Egressus hora tertia  
sanctus Pater familias  
per singulos denarios  
conduxit operarios.

In tua, Christe, vinea,  
quam praemio iam cernimus,  
sequimur opus mysticum  
propter promissum optimum.

Ecce praecessit iam hora,  
in qua Sanctus Spiritus  
Apostolorum vascula  
de verbo fecit ebria.

Infunde sensum, Domine;  
in te canamus laudibus:  
Christe, Redemptor omnium  
sanctifica nostrum chorum.

*Supplicatio* (Br Goth 952)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut sicut in hac hora diei tertia,  
Apostolorum corda Spiritus Sanctus illuminavit et docuit,  
ita nos indignos, lumine vero propitiis illuminare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 675, 287, 400; T35.2, 85, 588, 633; cfr. Br Goth 706; cfr. LOPs 510)

Audiant simul te, Domine, omnes gentes;  
et dives ac pauper aurem tibi cordis accomodent;  
ibique omnium ad fidem praeparetur auditio,  
quo salvandis promittitur gratiae plenitudo.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,

qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 953)

*Diac:* Humiliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus, qui hora diei tertia  
 misit ad Apsotolos suos Spiritum Sanctum Paraclitum,  
 in visceribus nostris innovet spiritum rectum.

*R/ Amen.*

Et quia mirabile in aequitate permanet Sanctum,  
 arcana pectoris nostri repleat Spiritus Sanctus.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia, qui vivit et regnat, Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad sextam**

*Lectio* (Br Goth 675-676)

(Ez 34, 22.25-31)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: Salvabo gregem meum, et non erit ultra  
 in rapinam, et iudicabo inter pecus et pecus. Et faciam cum eis pac-  
 tum pacis [...] et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

*R/ Amen.*

*Psalmus 123**Antiphona (Br Goth 676)*

(Ps 123, 7b-8a)

Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Nisi quia Dominus erat in nobis, \* dicat nunc Israel,  
 nisi quia Dominus erat in nobis, \* cum exsurerent homines  
 in nos:  
 forte vivos deglutissent nos, \* cum irasceretur furor eorum  
 in nos.  
 Forsitan aqua absorbusset nos, \* torrens pertransisset ani-  
 mam nostram;  
 forsitan pertransisset animam nostram \* aquae intumes-  
 centes.  
 Benedictus Dominus, \* qui non dedit nos in direptionem  
 dentibus eorum.  
 Anima nostra sicut passer erepta est \* de laqueo venan-  
 tium:  
 laqueus contritus est, \* et nos erepti sumus.  
 Adiutorium nostrum in nomine Domini, \* qui fecit caelum  
 et terram.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Oratio (Br Goth 166, 322; T35.2, 267; OV 1173: LOPs 580)*

Esto in nobis Domine Deus Israel;  
 et malorum infestationem, ne deglutiamur,  
 a nobis repelle;  
 nocivamque iracundiam, ne obsorbeamur comprime;  
 sicque in nobis torrens tuae voluptatis redundet,  
 ut vitiorum torrentem  
 anima nostra se sine discrimine pertransisse exultet;  
 neque inimicorum dentibus laniemur,  
 sede erectos nos de venantium laqueis gratulemur;  
 et tu adiutor noster heredita nos in possessione aeterna,  
 qui, cooperante Verbo tuo Sanctoque Spiritu,  
 fecisti caelum et terram.

*R/ Amen.*

Praestante ipsis misericordia Dei nostri,  
qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu,  
unus Deus, gloriatur in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psalmus 125*

*Antiphona* (Br Goth 676)  
(Ps 125, 4)

Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.

In convertendo Dominus captivitatem Sion, \* facti sumus quasi somniantes.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, \* et lingua nostra exultatione.

Tunc dicebant inter gentes: \* “Magnificavit Dominus facere cum eis”.

Magnificavit Dominus facere nobiscum; \* facti sumus laetantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram, \* sicut torrentes in austro.

Qui seminant in lacrimis, \* in exultatione metent.

Euntibz ibant et flebant \* semen spargendum portantes;  
venientes autem venient in exultatione \* portantes manipulos suos.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.

*Oratio* (Br Goth 166-167, 346, 372: LOPs 452)

Converte, Domine, captivitatem nostram,  
ab illecebrosis inimici seductionibus redimendo;  
et reple consolatione indulgentiae,  
quos desolatos prospicis ob admissionem nequitiae;  
da nobis quaesumus contriti cordis humilitatem quaerere,  
et inquinamenta, quae nos polluunt,  
fluentes lacrimarum abluere;  
sic etiam confessionis remedia seramus in lacrimis,  
ut indulgentiae fructus metamus in gaudiis.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et gloriatur in saecula saeculorum.  
R/ Amen.

*Psalmus 127*

*Antiphona* (Br Goth 676)  
(Ps 127, 1)

Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

Beatus omnis, qui timet Dominum, \* qui ambulat in viis eius.

Labores manuum tuarum manducabis, \* beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis fructifera \* in lateribus domus tuae; filii tui sicut novellae olivarum \* in circuitu mensae tuae.

Ecce sic benedicetur homo, \* qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, \* et videas bona Ierusalem omnibus diebus vitae tuae; et videas filios filiorum tuorum \* Pax super Israel!  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

*Responsorium* (Br Goth 676)

(Tob 8, 10; cfr. Ps 122, 1)

Miserere nobis, Domine, miserere nobis.

V/ Ad te levamus oculos nostros, qui habitas in caelis.

R/ Miserere nobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

R/ Miserere nobis.

*Preces* (Br Goth 676)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Diac:* Erigite vos.

Dicamus omnes: parce, Domine, et miserere,  
quia pius es.

V/ Ad te levamus oculos nostros, qui habitas in caelis.

R/ Quia pius es.

V/ Salvum fac, Domine, populum tuum,  
et benedic hereditatem tuam.

R/ Quia pius es.

V/ Avertatur furor tuus a civitate ista,  
et a populo tuo.

R/ Quia pius es.

V/ Averte faciem tuam a peccatis nostris,  
et omnes iniquitates nostras dele.

R/ Quia pius es.

*Hymnus* (Br Goth 955)

Iam cursus horae sextae  
rotat diei tempore,  
nos admonet per omnia  
laudes referre debitas.

Nunc Petrus orans, gentibus  
fidem futuram prospicit:  
nunc viva Christus feminae  
instat fluente tradere.

Haec nempe Christi condita  
manent tua potentia;  
cuius potestas gloriae  
per cuncta regnat saecula. Amen.

Hoc solis aevo mystice  
tres patriarcha hospitat  
carnis figurae nuntios  
sub Trinitatis numine.

Perfecta summi calculi  
haec prima constat partibus;  
quae ducta sese perficit,  
tenetque mundi fabricam.

*Supplicatio* (Br Goth 955)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nobis auxilium de caelo,  
et misericordiam suam largam propitius tribuere dignetur.  
R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison, Kyrie eleison.

*Compleuria* (Br Goth 167, 313, 363; T35.2, 215; LOPs 455)

Deus, qui timentes te beatos prophetali voce pronuntias:  
da in nobis tui timoris obsequia beneplacita,  
et ex hoc in viis tuis ambulare nos facias;  
sitque te gubernante labor noster tuis oculis placitus,

cuius fructus tempore remunerationis  
efficiatur suavissimus;  
ac sic labor ipse de caritate studeatur,  
ut apud te fruges in beatitudine recondantur.

*R/ Amen.*

Tua concedente clementia,  
piissime et admirabilis Deus,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 995)

*Diac:* Humiliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Salutare tuum, Domine,  
familis tuis tribuere dignare.

*R/ Amen.*

Orationes suscipe, petitiones supple,  
et peccata dimitte.

*R/ Amen.*

A languoribus cura,  
et fidelium pectora a delictorum maculis purga.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad nonam***Lectio* (Br Goth 192)

(Prv 3, 5-7)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, habe fiduciam in Domino [...] time Dominum et recede a malo.

*R/ Amen.**Lectio* (Br Goth 676-677)

(Dt 10, 12-22; 11, 1)

Lectio libri Deuteronomii.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad omnem coetum filiorum Israel, et dices ad eos: Audi Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te [...] iudicia atque mandata omni tempore.

*R/ Amen.**Lectio* (Br Goth 677)

(Ez 11, 14-20)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Et factum est verbum Domini ad me dicens: Fili hominis [...] et sint mihi in populum, et ego sim in eis Deum.

*R/ Amen.**Lectio* (Br Goth 677-678)

(Act 8, 14-25)

Lectio libri Actuum Apostolorum.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Cum autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis [...] et multis vicis Samaritanorum evangelizabant Dominum Iesum Christum.

*R/ Amen.**Psalmus 71**Antiphona* (Br Goth 678)

(Cfr. Ps 71, 3)

Suscipient montes pacem populo tuo, et colles iustitiam.

Deus, iudicium tuum regi da \* et iustitiam tuam filio regis;  
iudicet populum tuum in iustitia \* et pauperes tuos in iu-  
dicio.

Afferant montes pacem populo, \* et colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi et salvos faciet filios inopis \* et  
humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole et ante lunam \* in generatione et  
generationem.

Descendet sicut pluvia in gramen, \* et sicut imber irrigans  
terram.

Florebit in diebus eius iustitia et abundantia pacis, \* donec  
auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare \* et a flumine usque  
ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident incolae deserti, \* et inimici eius terram  
lingent.

Reges Tharsis et insulae munera offerent, \* reges Arabum et  
Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges, \* omnes gentes servient ei.

Quia liberabit inopem clamantem \* et pauperem, cui non  
erat adiutor.

Parcer pauperi et inopi \* et animas pauperum salvas faciet.  
Ex oppressione et violentia redimet animas eorum, \* et pre-  
tiosus erit sanguis eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiae, et orabunt pro ipso  
semper; \* tota die benedicent ei.

Et erit ubertas frumenti in terra, \* in summis montium fluc-  
tuabit,

sicut Libanus fructus eius; \* et florebunt de civitate sicut  
fenum terrae.

Sit nomen eius benedictum in saecula, \* ante solem perma-  
nebit nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae, \* omnes gentes  
magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus, Deus Israel, \* qui facit mirabilia  
solus.

Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum; \* et re-  
plebitur maiestate eius omnis terra. Fiat, fiat.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Suscipiant montes pacem populo tuo, et colles iustitiam.

*Oratio* (Br Goth 678; LOPs 83)

Suscipiant montes pacem populo tuo,  
 qui primordiali radio illustrati sunt fidei;  
 ut de sublimitate sanctorum descendat iustitia collum,  
 et pusilli cum magnis  
 culmen perfectorum subeant meritorum.

*R/ Amen.*

Auxiliante misericordia divinitatis suae,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 72, 1-14**Antiphona* (Br Goth 678)

(Cfr. Ps 72, 28)

Nobis adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino spem nostram.

Quam bonus rectis est Deus, \* Deus his, qui mundo sunt corde!

Mei autem paene moti sunt pedes, \* paene effusi sunt gressus mei,

quia zelavi super gloriantes, \* pacem peccatorum videns.

Quia non sunt eis impedimenta, \* sanus et pinguis est venter eorum.

In labore mortalium non sunt \* et cum hominibus non flagellantur.

Ideo quasi torques est eis superbia, \* et tamquam indumentum operuit eos violentia.

Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum, \* erumpunt cogitationes cordis.

Subsannaverunt et locuti sunt nequitiam, \* iniquitatem ab excelsa locuti sunt.

Posuerunt in caelo os suum, \* et lingua eorum transivit in terra.

Ideo in alto sedent, \* et aquae plenae non pervenient ad eos.

Et dixerunt: “Quomodo scit Deus, \* et si est scientia in Excelso?”.

Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo \* multiplicaverunt divitias.

Et dixi: “Ergo sine causa mundavi cor meum \* et lavi in innocentia manus meas;  
et fui flagellatus tota die, \* et castigatio mea in matutinis”.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Nobis adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino spem nostram.

*Oratio* (Br Goth 678, 349, 409; T35.2, 367, 635; LOPs 84)

Nobis adhaerere tibi Domino bonum est;  
sed tu desiderium boni sic in nobis accumula,  
ut spes, quae nos tibi associat,  
nulla fidei titubatione vacillet,  
sed caritatis stabilitate perduret.

*R/ Amen.*

Auxiliante ipsius misericordia Domini nostri,  
qui omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 72, 15-28*

*Antiphona* (Br Goth 678)

(Cfr. Ps 72, 1)

Quam bonus Deus Israel eis, qui recto sunt corde!

Si dixissem: “Loquar ut illi”, \* ecce generationem filiorum tuorum proddissem.

Et cogitabam, ut cognoscerem hoc; \* labor erat in oculis meis,  
donec intravi in sanctuarium Dei \* et intellexi novissima eorum.

Verumtamen in lubrico posuisti eos, \* deieci eos in ruinas.  
Quomodo facti sunt in desolationem! \* Subito defecerunt,  
perierunt prae horrore.

Velut somnium evigilantis, Domine, \* surgens imaginem ipsorum contemnes.

Quia exacerbatum est cor meum, \* et renes mei compuncti sunt;  
et ego insipiens factus sum et nescivi: \* ut iumentum factus sum apud te.

Ego autem semper tecum; \* tenuisti manum dexteram meam.

In consilio tuo deduces me \* et postea cum gloria suscipes  
me.

Quis enim mihi est in caelo? \* Et tecum nihil volui super  
terram.

Defecit caro mea et cor meum; \* Deus cordis mei, et pars  
mea Deus in aeternum.

Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt; \* perdidisti omnes,  
qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhaerere Deo bonum est, \* ponere in Domino  
Deo spem meam,  
ut annuntiem omnes operationes tuas \* in portis filiae Sion.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Quam bonus Deus Israel eis, qui recto sunt corde!

*Preces* (Br Goth 678)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*Diac:* Erigit vos.

Ad te pie exclamamus Deus;  
superant nos pessima flagella, miserere.

Finis noster adest, succurre, Christe.

V/ Bone pastor moriens, protege oves tuas,  
a malo defende; miserere.

*R/* Finis noster adest, succurre, Christe.

V/ Iram tuam a nobis repelle;  
plebem tuam a malo defende, miserere.

*R/* Finis noster adest, succurre, Christe.

V/ Luctum nostrum in gaudium verte;  
plebem tuam a malo defende, miserere.

*R/* Finis noster adest, succurre, Christe.

V/ Miserere plebi tuae, Christe;  
consolare nos pro quo sumus tristes, miserere.

*R/* Finis noster adest, succurre, Christe.

*Hymnus* (Br Goth 960)

Perfecto trino numero,  
ternis horarum terminis,  
laudes canentes debitas,  
nonam dicentes psallimus.

Sacrum Dei mysterium  
puro canentes pectore;  
Petri magistri regulam  
signo salutis proditam.

Et nos surgamus spiritu  
adhaerentes Apostolis:  
qui plantas habent debiles,  
Christi virtute diligunt.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 959)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nobis poenitendi votum, et poenitentiae fructum,  
et vitae aeternae remedium propitius tribuere dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison.

*R/ Christe, eleison. Kyrie, eleison.*

*Completuria* (Br Goth 678; MPs 53; LOPs 538)

Domine Deus Israel, te rogamus te petimus:  
bonitatem tuam, quam rectis corde profusius tribuis,  
peccatoribus nobis ob conversionem non deneges;  
ut ipsa qua regis humiles,  
per ipsam tibi subditos efficias contumaces;  
ut ea ipsa bonitas, per quam indesinenter iustos coronas,  
sit iugiter interventrix ut peccatoribus parcas;  
ut de bonitate in qua sancti exultant laetantes,  
de eadem se tibi restitui gaudeant oberrantes;  
quosque saecularis illecebra,  
per diversarum contagia rerum, a te fecit recedere,  
eosdem sincera confessio tibi faciat adhaerere;  
atque in laudem tui impensione supplici,  
mentis unanimitate clamitantes vota persolvere.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster**(Ut in ordinario in officio feriali)**Petitio**(Ut in ordinario in officio feriali)**Benedictio* (Br Goth 960)*Diac:* Humiliate vos bendictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Benedicat nos Dominus,  
et propitius nos sanctificare dignetur.

*R/ Amen.*

Fidem nostram roboret promissis donorum caelestium,  
et spem nutriat incrementis praesentium gaudiorum.

*R/ Amen.*

Ipse nos glorificet praemio aeternitatis,  
qui redimere dignatus est pretio passionis.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.**Conclusio**(Ut in ordinario in officio feriali)***Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio feriali)**Vespertinum* (Br Goth 678; T35.2, 178, 443, 694, 963, 1227)

(Ps 26, 1)

Dominus illuminatio mea et salus mea,  
quem timebo?

V/ Dominus protector vitae meae,  
a quo trepidabo?

*R/ Quem timebo?*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Quem timebo?

*Psalmus 115*

*Antiphona* (Br Goth 678)

(Cfr. Ps 115, 16b-17)

Disrumpe vincula peccatorum, ut sacrificemus tibi hostiam laudis.

Credidi, etiam cum locutus sum: \* “Ego humiliatus sum nimis”.

Ego dixi in trepidatione mea: \* “Omnis homo mendax”.

Quid retribuam Domino \* pro omnibus, quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam \* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam \* coram omni populo eius.

Pretiosa in conspectu Domini \* mors sanctorum eius.

O Domine, ego servus tuus, + ego servus tuus et filius ancillae tuae. \* Dirupisti vincula mea:

tibi sacrificabo hostiam laudis \* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam \* coram omni populo eius  
in atriis domus Domini, \* in medio tui, Ierusalem.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Disrumpe vincula peccatorum, ut sacrificemus tibi hostiam laudis.

*Alleluiaiticum* (Br Goth 678)

(Ps 118, 4-5)

Tu mandasti.

Mandata tua custodiri nimis, Deus meus.

V/ Utinam dirigantur viae meae,  
ad custodiendas iustificationes tuas.

R/ Mandata tua custodiri nimis, Deus meus.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Mandata tua custodiri nimis, Deus meus.

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetur, vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem sanctae Mariae  
Virginis Genitricis suae,  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison. Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 670)

Christe, Dei virtus et Dei sapientia,  
quem omnis creatura praeconans laudem annuntiat;  
et omnis ecclesia venisse iam te praedicat,  
atque ad iudicium venturum evangelium praeannuntiat:  
Domine miserere, et parce populi tui delicta;  
et tribue nobis in hac, quam aggredimur,  
parcimoniam, abstinentiam,

in bonis actibus tui timoris perseverantiam,  
 atque in nos cor novum, et spiritum rectum innova;  
 et sicut olim discipulis  
 e caelis inspirasti Spiritum veritatis;  
 nobis quoque praesta  
 post hos abstinentiae dies similiter consequi,  
 ut mereamur remunerationem tui timoris,  
 quia, te instituente, dicimus:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 670)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Dominus Iesus Christus, qui post resurrectionis suae diem  
 quaterdenis diebus cum discipulis commoratus est suis,  
 inchoationis vestrae iejunium clemens suscipiat,  
 et cuncta facinora laxando dimittat.

*R/ Amen.*

Et qui ad discipulos intrare non distulit ianuis clausis,  
 ipse vos ingredi faciat in regnum suae beatitudinis.

*R/ Amen.*

Et qui videntibus cunctis ad caelos remeans,  
 sedem repetit deitatis,  
 illustrari vos iubeat per Spiritum veritatis.

*R/ Amen.*

Ipso praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
 vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
 et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate eum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 679; Em 30, 840; T35.7, 107; cfr. OV 281; LOPs 508)

Christe Iesu, terribilis Deus noster et rex noster,  
cuius in nativitate cum pastoribus  
angeli gloriam detulerunt,  
cui, devicto mortis auctore,  
omnes gentes manibus cordibusque plauserunt;  
quem trophyea victoria reportantem ad aethera,  
apostolorum est fides prosecuta;  
fac nos redemptionis nostrae,  
et ascensionis tuae mysteria fidei iubilatione cantare,  
et cum principibus populi,  
Deo Abraham fideli famulatu placere.

R/ Amen.

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

### *Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

### **Feria sexta de letanias apostolicas**

#### **Ad matutinum**

#### *Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 662, 161, 170, 246, 264, 315; AL 476-477; T35.2, 228; T35.4, 817)

(Ps 3, 4)

Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150, 246, 264; T35.2, 2; LOPS 317)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
qui tu susceptor noster esse dignatus es:  
obstruatur itaque os loquentium iniqua,  
cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa*

*Psalmus 32*

*Antiphona* (Br Goth 679)

(Ps 32, 22)

Fiat, Domine, misericordia tua super nos, sicut speravimus  
in te.

Exsultate, iusti, in Domino; \* rectos decet collaudatio.  
Confitemini Domino in cithara, \* in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum, \* bene psallite ei in vociferatione,  
quia rectum est verbum Domini, \* et omnia opera eius in fide.  
Diligit iustitiam et iudicium; \* misericordia Domini plena  
est terra.

Verbo Domini caeli facti sunt, \* et spiritu oris eius omnis  
virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris, \* ponens in thesauris  
abyssos.

Timeat Dominum omnis terra, \* a facie autem eius formident omnes inhabitantes orbem.  
 Quoniam ipse dixit, et facta sunt, \* ipse mandavit, et creatura sunt.  
 Dominus dissipat consilia gentium, \* irritas facit cogitationes populorum.  
 Consilium autem Domini in aeternum manet, \* cogitationes cordis eius in generatione et generationem.  
 Beata gens, cui Dominus est Deus, \* populus, quem elegit in hereditatem sibi.  
 De caelo respexit Dominus, \* vidi omnes filios hominum.  
 De loco habitaculi sui respexit \* super omnes, qui habitant terram,  
 qui finxit singillatim corda eorum, \* qui intellegit omnia opera eorum.  
 Non salvatur rex per multam virtutem, \* et gigas non liberabitur in multitudine virtutis sua.  
 Fallax equus ad salutem, \* in abundantia autem virtutis sua non salvabit.  
 Ecce oculi Domini super metuentes eum, \* in eos, qui sperant super misericordia eius,  
 ut eruat a morte animas eorum \* et alat eos in fame.  
 Anima nostra sustinet Dominum, \* quoniam adiutor et protector noster est;  
 quia in eo laetabitur cor nostrum, \* et in nomine sancto eius speravimus.  
 Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Fiat, Domine, misericordia tua super nos, sicut speravimus in te.

*Oratio* (Br Goth 662, 230, 341, 392; T35.2, 320, 545; S6, 347; LOPs 232)

Fiat misericordia tua , Domine, super nos,  
 ut qui singillatim corda hominum fingis,  
 speciatim ea sanctifices;  
 et quia oculi tui super eos sunt, qui te metuunt,  
 timoris tui da nobis plenitudinem,  
 ut et agnitionis tuae nobis conferas largitatem.  
*R/* Amen.

Per ineffabilia mirabilia sua, Deus noster,  
qui vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psalmus 46*

*Antiphona (Br Goth 679)*

(Ps 46, 2)

Omnis gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.

Omnis gentes, plaudite manibus, \* iubilate Deo in voce exultationis,  
quoniam Dominus Altissimus, terribilis, \* rex magnus super omnem terram.  
Subiecit populos nobis \* et gentes sub pedibus nostris.  
Elegit nobis hereditatem nostram, \* gloriam Iacob, quem dilexit.  
Ascendit Deus in iubilo, \* et Dominus in voce tubae.  
Psallite Deo, psallite; \* psallite regi nostro, psallite.  
Quoniam rex omnis terrae Deus, \* psallite sapienter.  
Regnavit Deus super gentes, \* Deus sedet super sedem sanctam suam.  
Principes populorum congregati sunt \* cum populo Dei Abraham,  
quoniam Dei sunt scuta terrae: \* vehementer elevatus est.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.

*Oratio (Br Goth 679; Em 30, 840; T35.7, 107; cfr. OV 281; LOPs 508)*

Christe Iesu, terribilis Deus noster et rex noster,  
cuius in nativitate cum pastoribus  
angeli gloriam detulerunt,  
cui, devicto mortis auctore,  
omnes gentes manibus cordibusque plauserunt;  
quem trophyea victricia reportantem ad aethera,  
apostolorum est fides prosecuta;  
fac nos redemptionis nostrae,  
et ascensionis tuae mysteria fidei iubilatione cantare,  
et cum principibus populi,

Deo Abraham fideli famulatu placere.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 47*

*Antiphona (Br Goth 679)*

(Cfr. Ps 47, 14)

Ponite corda vestra in virtute Domini, ut enarretis in progenie altera.

Magnus Dominus et laudabilis nimis \* in civitate Dei nostri.

Mons sanctus eius collis speciosus, \* exsultatio universae terrae.

Mons Sion, extrema aquilonis, \* civitas regis magni.

Deus in domibus eius notus \* factus est ut refugium.

Quoniam ecce reges congregati sunt, \* convenerunt in unum.

Ipsi cum viderunt, sic admirati sunt, \* conturbati sunt, diffugerunt;

illic tremor apprehendit eos, \* dolores ut parturientis.

In spiritu orientis \* conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus \* in civitate Domini virtutum,  
in civitate Dei nostri; \* Deus fundavit eam in aeternum.

Recogitamus, Deus, misericordiam tuam \* in medio templi tui.

Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terrae;  
\* iustitia plena est dextera tua.

Laetetur mons Sion, et exsultent filiae Iudee \* propter iudicia tua.

Circumdate Sion et complectimini eam, \* numerate turres eius.

Ponite corda vestra in virtute eius et percurrite domos eius,  
\* ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum et in saeculum saeculi; \* ipse ducet nos in saecula.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto , \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Ponite corda vestra in virtute Domini, ut enarretis in progenie altera.

*Oratio* (Br Goth 679; T35.2, 753; LOPs 54)

Magnifice Domine: dilata exultationes universae terrae;  
 ut diffusa in omnibus fides mundum repleat,  
 et iuxta magnitudinis tuae nomen,  
 tuam nostris vocibus magnifices laudem.

*R/ Amen.*

Adiuvante clementia divinitatis sua, qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (Br Goth 679)

(Cfr. Eccli 50, 25; cfr. Ps 66, 2)

Benefaciat nobis Deus,  
 et liberet nos ab omnibus malis.  
 Et donet pacem in diebus nostris.

*V/ Illuminet vultum suum super nos,*  
*et misereatur nobis.*

*R/ Et donet pacem in diebus nostris.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et donet pacem in diebus nostris.*

*Psalmus L**Antiphona* (Br Goth 662)

(Cfr. Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates nostras dele.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis nostris, et omnes iniquitates nostras dele.

*Oratio* (Br Goth 151, 247, 296, 412, cfr. 356; T35.2, 411, 664; cfr. MPs 23; cfr. LOPs 517)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
 et omnes iniquitates nostras dele;  
 remove ab oculis tuis  
 malarum nostrarum facinus voluptatum,  
 nostraque confessioni clementer tuum appone auditum:  
 miserere, quaesumus, rogantibus nobis,

qui propitius respicis in adversis,  
 et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
 confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
 Sed qui publicanus a longe stans,  
 et percutiens pectus suum,  
 sola confessione purgatus est;  
 similiter et nos peccatores exaudi,  
 ut sicut illi meritos petitionis suaे fructus donasti,  
 ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis  
 veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 296)

(Gn 27, 27b-29; 28, 3-4a)

*Antiphona* (Br Goth 296; T35.2, 147)

(Cfr. Gn 28, 3)

Deus omnipotens benedicat nobis, et crescere nos faciat in turmas populorum.

“Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, \* cui benedixit Dominus.

Det tibi Deus de rore caeli et de pinguedine terrae \* et abundantiam frumenti et vini.

Et serviant tibi populi, \* et adorent te nationes;  
 esto dominus fratrum tuorum, \* et incurvantur ante te filii matris tuae.

Qui maledixerit tibi, sit maledictus; \* et, qui benedixerit tibi, sit benedictus!”.

“Deus autem omnipotens benedicat tibi \* et crescere te faciat atque multiplicet,  
 ut sis in multitudinem populorum; + et det tibi benedictiones Abraham tibi et semini tuo tecum, \* ut possideas terram peregrinationis tuae”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Deus omnipotens benedicat nobis, et crescere nos faciat in turmas populorum.

*Oratio de cantico* (Br Goth 296)

Tuam, Deus omnipotens, clementiam deprecamur  
 ut membris Christi tui Domini nostri  
 dono tui muneric copulati,  
 eiusque bonus odor effecti,  
 tuis benedictionibus ditemur ut filii,  
 et in eius semper maneamus regno a Domino subiugati.  
*R/ Amen.*

Praestante sua misericordia, qui in Trinitate unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 679)

(Ps 35, 10-11)

In tuo lumine, videbimus lumen.

*V/ Ostende misericordiam tuam scientibus te,*  
*et iustitiam his qui recto sunt corde.*

*R/ Videbimus lumen.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Videbimus lumen.*

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (Br Goth 679)

(Ps 150, 1)

In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius laudate Dominum.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* In sanctis eius laudate Dominum, alleluia, alleluia; in firmamento virtutis eius laudate Dominum.

*Lectio* (Br Goth 679-680)

(Prv 4, 7-18)

Lectio libri proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, principium sapientiae [...] procedit et crescit usque ad perfectam diem.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetur, vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem Sanctae Mariae  
Virginis Genetricis suae  
in sacro sancto ieunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

R/ Christe eleison, Kyrie eleison.

*Completuria* (Br Goth 663)

Descendat, Domine, ad nos Spiritus Sanctus,  
per quem et mundata pectora nostra ipse possideas,  
et institutam a te orationem suscipias:  
ut ita non per nos,  
sed per illum nostra accipias postulata,  
sicut per illum nostra deleas facinora;  
cum eo, qui tecum et cum Patre regnat aequalis,

interpellante pro nobis,  
per eum ad te proclamamus e terris:

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (OV 1012; T35.6, 314; L6, 648; Br Goth 659)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/* Et cum spiritu tuo.

Christus Dei Filius,  
qui triumphali iubilo ascendit ad Patrem,  
caelesti vos cordium ascensione glorificet.

*R/ Amen.*

Et qui in forma vestri corporis est exaltatus a terra,  
divinitatis beneficiis vos pertrahat ad superna.

*R/ Amen.*

Ut illic vestrorum omnium remunerandam pertrahat fidem,  
quo ipse glorificatus ascendit in homine.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr, Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/* Laudate eum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

*R/* Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (Br Goth 659)

Domine, qui altis habitas,  
et humilia respicis in caelo et in terra,  
tibi nos dignanter incurva;  
et qui beatitudinem angelorum in omnibus polliceris,  
obedientia nos angelica informare digneris.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suae,  
qui est benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad tertiam**

*Lectio* (Br Goth 193)

(Prv 7, 1-2)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, custodi sermones meos [...] et vives.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 680)

(Nm 27, 12-23)

Lectio libri Numeri.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Locutus est Dominus ad Moysen dicens: “Ascede in montem istum Abarim [...] sicut mandaverat Dominus per manum Moysi.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 680-681)

(Ez 9, 9-11; 10, 1-2a.6b.9.17-18; 11, 1.23.22b)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: “Iniquitates domus Israel et Iudae [...] “Feci sicut precepisti mihi”. Et vidi, et ecce super firmamentum, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solii apparuit super ea. Et dixit ad virum qui induitus erat lineis, et ait: “Sume ignem de medio rotarum, de medio Cherubim”. Et vidi, et ecce quattuor rotae iuxta Cherubim; rota una iuxta cherub unum, et rota alia iuxta cherub unum, species autem rotarum erat quasi species lapidis chrysoliti. Stantibus illis, stabant et cum elevatis elevabantur; spiritus enim animalium erat in eis. Et egressa est gloria Domini a limina templi et stetit super cherubim. Et elevavit me spiritus et duxit me ad portam domus Domini orientalem, quae respicit ad solis ortum. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem, qui est ad orientem urbis, et gloria Dei erat super eos.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 681)

(Act 13, 1-12)

Lectio libri Actuum Apostolorum.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Erant autem in Ecclesia, quae erat Antiochiae [...] credidit admirans super doctrinam Domini.

*R/ Amen.*

*Psalmus 78*

*Antiphona* (Br Goth 681)

(Ps 78, 9)

Adiuva nos Deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, Domine, libera nos; et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, + polluerunt templum sanctum tuum, \* posuerunt Ierusalem in ruinas.

Dederunt morticina servorum tuorum escas volatilibus caeli,  
\* carnes sanctorum tuorum bestiis terrae.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam \* in circuitu Ierusalem, et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris, \* subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo, Domine? Irasperis in finem? \* Accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quae te non noverunt, \* et in regna, quae nomen tuum non invocaverunt,  
 quia comederunt Iacob \* et sedem eius desolaverunt.  
 Ne memineris iniquitatum patrum nostrorum, \* cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis.  
 Adiuva nos, Deus salutaris nostri, + propter gloriam nominis tui et libera nos; \* et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.  
 Quare dicent in gentibus: \* “Ubi est Deus eorum?”.  
 Innotescat in nationibus coram oculis nostris \* ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.  
 Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum; + secundum magnitudinem brachii tui \* superstites relinque filios mortis.  
 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, \* impropterum ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.  
 Nos autem, populus tuus et oves pascuae tuae, confitebimur tibi in saeculum; \* in generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Adiuva nos Deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, Domine, libera nos; et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*Oratio* (Br Goth 681, 241, 298, 371; T35.2, 1489; LOPs 394)

Propitius esto peccatis nostris, Domine;  
 et propter honorem nominis tui  
 perfecta nos recrea libertate;  
 ne, dum nostro peccatorum elogio atterimur,  
 in opprobrium gentium redigamur.  
 Ergo ut nos veritate non punias poenae,  
 causam nobis scelerum ablue;  
 atque in conspectu tuo  
 gemitus compeditorum introeat;  
 de occulto tuo in manifesto nostro  
 gratia indulta procedat.

*R/* Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
 qui vivis et cuncta dominaris  
 in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 73**Antiphona (Br Goth 682)*

(Ps 73, 2)

Memento congregationis tuae, Domine, quam creasti ab initio.

Ut quid, Deus, reppulisti in finem, \* iratus est furor tuus  
super oves pascuae tuae?

Memor esto congregationis tuae, \* quam possedisti ab initio.  
Redemisti virgam hereditatis tuae: \* mons Sion, in quo ha-  
bitasti.

Leva gressus tuos in ruinas sempiternas: \* omnia vastavit  
inimicus in sancto.

Rugierunt, qui oderunt te, in medio congregationis tuae; \*  
posuerunt signa sua in signa.

Visi sunt quasi in altum securim vibrantes \* in silva con-  
densa.

Exciderunt ianuas eius in idipsum; \* in securi et ascia deie-  
cerunt.

Incenderunt igni sanctuarium tuum, \* in terram polluerunt  
tabernaculum nominis tui;  
dixerunt in corde suo: “Opprimamus eos simul”. \* Combus-  
serunt omnes congregaciones Dei in terra.

Signa nostra non vidimus; iam non est propheta, \* et apud  
nos non est qui cognoscat amplius.

Usquequo, Deus, improperabit inimicus, \* spernet adversa-  
rius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam \* et tenes dexteram tuam in  
medio sinu tuo?

Deus autem rex noster ante saecula, \* operatus est salutes in  
medio terrae.

Tu considisti in virtute tua mare, \* contribulasti capita dra-  
conum in aquis.

Tu confregisti capita Leviathan, \* dedisti eum escam mons-  
tris maris.

Tu dirupisti fontes et torrentes; \* tu siccasti fluvios pe-  
rennes.

Tuus est dies, et tua est nox, \* tu fabricatus es luminaria et  
solem.

Tu statuisti omnes terminos terrae, \* aestatem et hiemem, tu  
plasmasti ea.

Memor esto huius: inimicus improperavit Domino, \* et po-  
pulus insipiens sprevit nomen tuum.

Ne tradas bestias animas confitentes tibi \* et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum, \* quia repleta sunt latibula terrae tentoriis violentiae.

Ne revertatur humilis factus confusus; \* pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exsurge, Deus, iudica causam tuam; \* memor esto impropterum tuorum, quae ab insidente fiunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum; \* tumultus adversariorum tuorum ascendit semper.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Memento congregationis tuae, Domine, quam creasti ab initio.

*Oratio* (Br Goth 161; MPs 55; LOPs 539)

Memento, Domine, congregationis tuae,  
quam ab initio creasti,  
quamque mirabiliter ac misericorditer  
tui sanguinis pretio redemisti;  
qui hanc ipsam

in possessionem tuam de gentibus elegisti.

Libera ergo virgam hereditatis tuae  
a supplantatoribus incuribus;  
ac sic eam rege iustificando praesenti in saeculo,  
ut ipsam hereditet in saeculo post futuro;  
et quae regnum tuum advenire divina traditione exorat,  
ad idem regnum, indulto piaculo  
hereditaria successione perveniat.

*R/* Amen.

Per gratiam pietatis suae, qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 74*

*Antiphona* (Br Goth 682)

(Ps 74, 2a)

Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, et invocabimus  
nomen tuum, Domine.

Confitebimur tibi, Deus; confitebimur et invocabimus nomen  
tuum: \* narrabimus miracula tua.

Cum statuero tempus, \* ego iusticias iudicabo.  
 Si liquefacta est terra et omnes, qui habitant in ea, \* ego  
 confirmavi columnas eius.  
 Dixi gloriantibus: “Nolite gloriari!” \* et delinquentibus:  
 “Nolite exaltare cornu!  
 Nolite exaltare in altum cornu vestrum; \* nolite loqui adver-  
 sus Deum proterva”.  
 Quia neque ab oriente neque ab occidente \* neque a desertis  
 exaltatio.  
 Quoniam Deus iudex est: \* hunc humiliat et hunc exaltat.  
 Quia calix in manu Domini \* vini meri plenus mixto.  
 Et inclinavit ex hoc in hoc; + verumtamen usque ad faeces  
 epotabunt, \* bibent omnes peccatores terrae.  
 Ego autem annuntiabo in saeculum, \* cantabo Deo Iacob.  
 Et omnia cornua peccatorum confringam, \* et exaltabuntur  
 cornua iusti.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, et invocabimus no-  
 men tuum, Domine.

*Responsorium* (Br Goth 682)

(Ez 18, 31b-32.30a)

Fili Sion, convertimini ab omnibus iniquitatibus vestris,  
 et iam non erit in vobis sterilitas et angustia.  
 Facite vobis cor novum, et spiritum rectum;  
 quia nolo mortem morientis, dicit Dominus,  
 donec revertatur et vivat.  
*V/* Convertimini et agite poenitentiam  
 ab omnibus iniquitatibus vestris,  
 et non erit vobis in ruinam iniquitatis.  
*R/* Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus,  
 donec revertatur et vivat.  
*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/* Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus,  
 donec revertatur et vivat.

*Preces* (Br Goth 682)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.  
Diac: Erigit vos.*

Christe, Redemptor pius animarum,  
exaudi gemitus flentium, et miserere.  
V/ Ne derelinquas plebem supplicantem,  
exaudi precem et respice; quae postulamus attribue.  
*R/ Et miserere.*  
V/ Parce, rogamus; parce tandem fessis,  
memor es nostri, laetifica;  
diffusam viam iam revoca.  
*R/ Et miserere.*  
V/ Salvator noster, intuere terram;  
caelestem largire pluviam,  
et victum nobis parturiat gratia tua.  
*R/ Et miserere.*  
V/ Indulge nostrum facinus horrendum,  
quo te offenso defecimus;  
dimitte nobis hoc debitum.  
*R/ Et miserere.*

*Hymnus (Br Goth 952)*

Iam surgit hora tertia,  
et nos intenti currimus,  
psallendi opus implemus:  
Christum laudemus Dominum.

Hora quoque iam tertia  
Christus cruce suspensus est,  
voluntatem Patris implevit,  
mundi peccatum abstulit.

Conscendit sedem propriam,  
sedet ad Patris dexteram;  
collaudant throni Dominum,  
quem perfidi negaverant.

Nos Christum Deum colimus,  
iudicemque speramus;  
quem prophetae cecinerunt,  
apostoli secuti sunt.

Egressus hora tertia  
sanctus Pater familias  
per singulos denarios  
conduxit operarios.

In tua, Christe, vinea,  
quam praemio iam cernimus,  
sequimur opus mysticum  
propter promissum optimum.

Ecce praecessit iam hora,  
in qua Sanctus Spiritus  
Apostolorum vascula  
de verbo fecit ebria.

Infunde sensum, Domine;  
in te canamus laudibus:  
Christe, Redemptor omnium  
sanctifica nostrum chorum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis  
cum Patre, Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 952)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut sicut in hac hora diei tertia,  
Apostolorum corda Spiritus Sanctus illuminavit et docuit,  
ita nos indignos, lumine vero propitius illuminare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 682; MPs 56; LOPs 390)

Confitebimur tibi Deus,  
confitebimur tibi peccata atque facinora nostra,  
quae tibi potius sunt cognita, quam probantur admissa;  
invocamus itaque nomen tuum,  
ut in te patefactis tribuas veniam,  
qui non statim in abditis vis exercere vindictam;  
ut qui confessione placaris humilium,  
remissionem omnium tribuas delictorum.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 953)

*Diac:* Humiliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus, qui hora diei tertia  
misit ad Apsotolos suos Spiritum Sanctum Paraclitum,  
in visceribus nostris innovet spiritum rectum.

*R/ Amen.*

Et quia mirabile in aequitate permanet Sanctum,

arcana pectoris nostri replete Spiritus Sanctus.

*R/ Amen.*

Unigenitus Christus Dominus,  
qui in faciem discipulorum suorum  
flatu vivifico insuflavit,  
ipse populum suum bendictionibus faciat abundare  
per spiritum principalem.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

### **Ad sextam**

*Lectio* (Br Goth 682-683)

(Is 29, 9-15.17-19)

Lectio libri Isaiae prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Haec dicit Dominus: Obstupescite et admiramini [...] quorum sunt in tenebris opera et dicunt: "Quis videbit nos?" Nonne adhuc modicum [...] et pauperrimi hominum in Sancto Israel exultabunt.

*R/ Amen.*

*Psalmus 124*)

*Antiphona* (Br Goth 683)

(Ps 124, 4)

Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: \* non commovebitur, in aeternum manet.

Ierusalem, montes in circuitu eius, \* et Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in saeculum.

Quia non requiescet virga iniquitatis super sortem iustorum,  
\* ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis \* et rectis corde.  
 Declinantes autem per vias pravas \* adducet Dominus cum  
 operantibus iniquitatem. Pax super Israel!  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

*Oratio* (Br Goth 158, 339, 353; T35.2, 300, 381; LOPs 188)

Benefac, Domine, bonis  
 et rectis corde regimen salutaris impende,  
 atque in tuae pietatis custodia semper vigila,  
 et malignantium rabiem tua dextera refrena.  
*R/* Amen.

Per gratiam pietatis suae,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 128*

*Antiphona* (Br Goth 683)

(Ps 128, 8)

Benedictio Domini super vos, bendicimus vos in nomine Do-  
 mini.

Saepe expugnaverunt me a iuventute mea, \* dicat nunc Is-  
 rael,  
 saepe expugnaverunt me a iuventute mea, \* etenim non po-  
 tuerunt adversum me.

Supra dorsum meum araverunt aratores, \* prolongaverunt  
 sulcos suos.

Dominus autem iustus \* concidit cervices peccatorum.

Confundantur et convertantur retrorsum \* omnes, qui ode-  
 runt Sion.

Fiant sicut fenum tectorum, \* quod, priusquam evellatur,  
 exaruit;

de quo non implevit manum suam, qui metit, \* et sinum  
 suum, qui manipulos colligit.

Et non dixerunt, qui praeteribant: “Benedictio Domini super  
 vos, \* benedicimus vobis in nomine Domini”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Benedictio Domini super vos, bendicimus vos in nomine Domini.

*Oratio* (Br Goth 683, 294; T35.2, 481; LOPs 456)

Domine Iesu Christe,  
 qui pro nostrae salutis remedio,  
 impiorum sustinuisti commercia;  
 auxilii tui ope nos protege  
 adversus impugnantium mala:  
 ac, ne dorsum nostrum delicti comprimat sarcina,  
 impone humeris nostris praeceptis evangelicis onera suavia,  
 per quae peccati fabricam destruas,  
 et compaginibus sacris nos virtutum meritis construas.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 130*

*Antiphona* (Br Goth 683)

(Ps 130, 3)

Speret Israel in Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum.

Domine, non est exaltatum cor meum, \* neque elati sunt  
 oculi mei,  
 neque ambulavi in magnis \* neque in mirabilibus super me.  
 Vere pacatam et quietam \* feci animam meam;  
 sicut ablactatus in sinu matris suae, \* sicut ablactatus, ita in  
 me est anima mea.

Speret Israel in Domino \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Speret Israel in Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum.

*Responsorium* (Br Goth 683)

(Mt 18, 26; Ps 102, 10)

Multa sunt peccata nostra, Domine,  
 Patientiam habe in nobis, et miserere servis tuis.

- V/ Non secundum peccata nostra facias nobis,  
neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.  
R/ Et miserere servis tuis.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Et miserere servis tuis.

*Preces* (Br Goth 683)

- Diac:* Flectamus genua.  
*Presb:* Deprecemur Dominum.  
*R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.*  
*Diac:* Erigite vos.

- Dicamus omnes: Domine miserere nobis;  
esto propitius.  
V/ Pie precantes supplices exaudi, Christe.  
R/ Esto propitius.  
V/ Nostra relaxa crimina, dele peccata.  
R/ Esto propitius.  
V/ In omnes gentes, Domine, pacem concede.  
R/ Esto propitius.  
V/ Remissionem omnium concede.  
R/ Esto propitius.  
V/ O Deus potentissime, clemens sucurre.  
R/ Esto propitius.

*Hymnus* (Br Goth 955)

Iam cursus horae sextae  
rotat diei tempore,  
nos admonet per omnia  
laudes referre debitas.

Nunc Petrus orans, gentibus  
fidem futuram prospicit:  
nunc viva Christus feminae  
instat fluenta tradere.

Haec nempe Christi condita  
manent tua potentia;  
cuius potestas gloriae  
per cuncta regnat saecula. Amen.

Hoc solis aevo mystice  
tres patriarcha hospitat  
carnis figurae nuntios  
sub Trinitatis numine.

Perfecta summi calculi  
haec prima constat partibus;  
quae ducta sese perficit,  
tenetque mundi fabricam.

*Supplicatio* (Br Goth 955)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:  
ut nobis auxilium de caelo,  
et misericordiam suam largam propitius tribuere dignetur.  
*R/ Praesta, aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Compleuria* (Br Goth 158, 314; T35.2, 219, 396; LOPs 295)

Exalta cornu nostrum, Domine,  
fidei catholicae merito;  
ne maculetur mens superbiae morbo,  
gressusque nostros  
super mundi huius latitudine tribue ambulare,  
ne noxii incedamus in compedes,  
sed humiliter sentiendo,  
ad plenitudinem spei nobis condones properare.  
*R/ Amen.*

Praestante ipsis divinitatis clementia,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 995)

*Diac:* Humniliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Salutare tuum, Domine,  
familis tuis tribuere dignare.

*R/ Amen.*

Orationes suscipe, petitiones supple,  
et peccata dimitte.

*R/ Amen.*

A languoribus cura,  
et fidelium pectora a delictorum maculis purga.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad nonam**

*Lectio* (Br Goth 192)

(Prv 3, 5-7)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili, habete fiduciam in Domino [...] time Dominum et rece-de a malo.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 683-684)

(Lv 23, 9-17.18b)

Lectio libri Levitici.

*R/ Deo gratias.*

In illis diebus: Locutusque est Dominus ad Moysen dicens:  
[...] quos coquetis in primitias Domino, in odorem suavissimum.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 684)

(Ez 35, 1-9)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

*R/ Deo gratias.*

Factus est sermo Domini ad me dicens: [...] et sicetis quo-niam ego Dominus.

*R/ Amen.*

*Lectio* (Br Goth 684)

(Act 15, 22-35)

Lectio libri Actuum Apostolorum.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: placuit apostolis et presbyteris cum omni Ecclesia electos viros ex eis mittere Antiochiam [...] Paulus autem et Barnabas demorabantur Antiochiae docentes et evangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini.

R/ Amen.

*Psalmus 76*

*Antiphona* (Br Goth 684)

(Ps 76, 14b-15a)

Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia solus.

Voce mea ad Dominum clamavi; \* voce mea ad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meae Deum exquisivi, \* manus meae nocte expansae sunt et non fatigantur.

Renuit consolari anima mea; + memor sum Dei et ingemisco,  
\* exerceor, et deficit spiritus meus.

Vigiles tenuisti palpebras oculi mei; \* turbatus sum et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos \* et annos aeternos in mente habui.

Meditatus sum nocte cum corde meo \* et exercitabar et scopebam spiritum meum.

Numquid in aeternum proicit Deus, \* aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?

Aut deficit in finem misericordia sua, \* cessabit verbum a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus, \* aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi: “Hoc vulnus meum: \* mutatio dexteræ Excelsi”.

Memor ero operum Domini, \* memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis \* et in adinventionibus tuis exercebor.

Deus, in sancto via tua; \* quis deus magnus sicut Deus noster?

Tu es Deus, qui facis mirabilia, \* notam fecisti in populis  
virtutem tuam.  
Redemisti in brachio tuo populum tuum, \* filios Iacob et  
Ioseph.  
Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae et doluerunt; \*  
etenim commotae sunt abyssi.  
Effuderunt aquas nubila, vocem dederunt nubes, \* etenim  
sagittae tuae transeunt.  
Vox tonitrui tui in rota; illuxerunt coruscationes tuae orbi  
terrae, \* commota est et contremuit terra.  
In mari via tua, et semitae tuae in aquis multis; \* et vestigia  
tua non cognoscuntur.  
Deduxisti sicut oves populum tuum \* in manu Moysi et Aaron.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mi-  
rabilia solus.

*Oratio* (Br Goth 684, 160, 411; T35.2, 648; LOPs 88)

Precamur, Domine, ne tua nos repellas propitiatione;  
sed obtainenda misericordiae adhuc tempus appone;  
ut dextera, quae fuit vindicta in ultione facinorum,  
ipsa sit nobis contritis in remedium sempiternum.

*R/ Amen.*

Praestante ipsius misericordia Dei nostri,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 85*

*Antiphona* (Br Goth 685)

(Ps 85, 5)

Quia tu Domine, suavis et mitis es, et multum misericors in-  
vocabantibus te.

Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me, \* quoniam inops  
et pauper sum ego.  
Custodi animam meam, quoniam sanctus sum; \* salvum fac  
servum tuum, Deus meus, sperantem in te.  
Miserere mei, Domine, \* quoniam ad te clamavi tota die.

Laetifica animam servi tui, \* quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis \* et multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam \* et intende voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae clamavi ad te, \* quia exaudies me. Non est similis tui in diis, Domine, \* et nihil sicut opera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine, \* et glorificabunt nomen tuum,

quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: \* tu es Deus solus. Doce me, Domine, viam tuam, \* et ingrediar in veritate tua; simplex fac cor meum, \* ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo \* et glorificabo nomen tuum in aeternum,

quia misericordia tua magna est super me, \* et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, superbi insurrexerunt super me, + et synagoga potentium quaeasierunt animam meam \* et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine, Deus miserator et misericors, \* patiens et multae misericordiae et veritatis,

respice in me et miserere mei; + da fortitudinem tuam puer tuo \* et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, + ut videant, qui oderunt me, et confundantur, \* quoniam tu, Domine, adiuvisti me et consolatus es me.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Quia tu Domine, suavis et mitis es, et multum misericors invocantibus te.

*Oratio* (Br Goth 685, 418, 473; T35.2, 687, 906; LOPs 553)

Miserere Domine, ad te tota die clamantibus,  
teque in tribulacione invocantibus existe propitius;  
ut in quibus maiestatem tuam adorando laudamus,  
digne suscipias;

et pro quibus te timemus, pius ignoscas.

Timoris igitur tui obedientia corda nostra laetifica;  
et consolationis dulcedine,  
dubietatem nostrae mentis conforta;  
sed quia tu suavis ac mitis es,

suavitatem ex tua indulgentia hauriamus,  
et in retribuendo pium te mitemque sentiamus.

*R/ Amen.*

Praestante sua misericordia,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 94*

*Antiphona (Br Goth 685)*

(Ps 94, 2)

Praeoccupemus faciem Dei in confessione, et in psalmis iubilemus ei.

Venite, exsultemus Domino; \* iubilemus Deo salutari nostro.  
Praeoccupemus faciem eius in confessione \* et in psalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, \* et rex magnus super omnes deos.

Quia in manu eius sunt profunda terrae, \* et altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, \* et siccum manus eius formaverunt.

Venite, adoremus et procidamus \* et genua flectamus ante Dominum, qui fecit nos,  
quia ipse est Deus noster, \* et nos populus pascuae eius et oves manus eius.

Utinam hodie vocem eius audiatis: \* “Nolite obdurare corda vestra,

sicut in Meriba, secundum diem Massa in deserto, \* ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt me, etsi viderunt opera mea.

Quadraginta annis taeduit me generationis illius \* et dixi:  
Populus errantium corde sunt isti.

Et ipsi non cognoverunt vias meas; ideo iuravi in ira mea: \*  
Non introibunt in requiem meam”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant. Praeoccupemus faciem Dei in confessione, et in psalmis iubilemus ei.*

*Preces* (Br Goth 685)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.*

*Diac:* Erigite vos.

Averte, Domine, iram furoris tui,  
et miserator parce populo.

V/ Omnia precibus pium auditum praebe,  
teque rogamus, sancte, cito concede.

*R/ Et miserator parce populo.*

V/ Tu Christe, flebiles gemitus intuere,  
vincula mortis solve, et vitam largire.

*R/ Et miserator parce populo.*

V/ Iam vide lacrimas, intellige lugentes,  
tandem delicta nostra clemens indulge.

*R/ Et miserator parce populo.*

V/ Nostris auditibus signum salutis pone angelum,  
non permittas ultra nocere.

*R/ Et miserator parce populo.*

*Hymnus* (Br Goth 960)

Perfecto trino numero,  
ternis horarum terminis,  
laudes canentes debitas,  
nonam dicentes psallimus.

Sacrum Dei mysterium  
puro canentes pectore;  
Petri magistri regulam  
signo salutis proditam.

Et nos surgamus spiritu  
adhaerentes Apostolis:  
qui plantas habent debiles,  
Christi virtutem diligunt.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 959)

Oremus.

Pium et exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus:

ut nobis poenitendi votum, et poenitentiae fructum,  
et vitae aeternae remedium propitius tribuere dignetur.

*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie, eleison.

*R/ Christe, eleison. Kyrie, eleison.*

*Completuria (Br Goth 685)*

Praeoccupemus faciem tuam, Domine, in confessione,  
 et in psalmis tibi debita modulatione iubilantes,  
 adoramus et procidimus ante te,  
 ploratu interno et gemitu deprecantes:  
 ut quia tu fecisti nos, et tu es Deus noster;  
 nos populum tuum pious Dominus protegas,  
 et oves pascuae tuae pastor sollicitus attendas,  
 tribuasque his gratiam, pro quibus animam posuisti.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio (Br Goth 960)*

*Diac:* Humiliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Benedicat nos Dominus,  
 et propitius nos sanctificare dignetur.

*R/ Amen.*

Fidem nostram roboret promissis donorum caelestium,  
 et spem nutriat incrementis praesentium gaudiorum.

*R/ Amen.*

Ipse nos glorificet praemio aeternitatis,  
 qui redimere dignatus est pretio passionis.

*R/ Amen.*

Tua protegente misericordia, Deus noster,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Ad vesperum***Oblatio luminis**(Ut in ordinario in officio feriali)**Vespertinum* (Br Goth 685)

(Ps 103, 19b-20a.24)

Sol agnovit occasum suum,  
posuisti tenebras et facta est nox.

V/ Quam magnificata sunt opera tua, Domine,  
omnia in sapientia fecisti.

R/ Posuisti tenebras et facta est nox.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Posuisti tenebras et facta est nox.

*Psalmus 125**Antiphona* (Br Goth 865)

(Cfr. Ps 125, 2a)

Reple Deus gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione.

In convertendo Dominus captivitatem Sion, \* facti sumus  
quasi somniantes.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, \* et lingua nostra ex-  
sultatione.

Tunc dicebant inter gentes: \* “Magnificavit Dominus facere  
cum eis”.

Magnificavit Dominus facere nobiscum; \* facti sumus lae-  
tantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram, \* sicut torrentes  
in austro.

Qui seminant in lacrimis, \* in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant \* semen spargendum portantes;  
venientes autem venient in exultatione \* portantes mani-  
pulos suos.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Reple Deus gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione.

*Alleluiaiticum* (Br Goth 865)

(Ps 118, 10-11)

In toto corde meo exquisivi te,  
ne repellas me a mandatis tuis.

V/ In corde abscondi eloquia tua,  
ut non pecem tibi.

R/ Ne repellas me a mandatis tuis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ne repellas me a mandatis tuis.

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benigitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetrum, vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,  
cum omni supplicatione rogemus;  
ut nos gratia ipsius,  
et per intercessionem Sanctae Mariae  
Virginis Genetricis suae  
in sacro sancto ieiunio remissionem peccatorum,  
pacemque nobis propitius donare dignetur.

R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.  
*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 685, 312, 421, T35.2, 210, 705; LOPs 110)

Liberet nos, Domine, dextera tua,  
imperioque tuo flecte arrogantium corda;  
ut gentes veritatis adventu declarescant,  
et ostensam salutem cordis humilitate suscipiant.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante, qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 670)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus, qui post resurrectionis suae diem  
quaterdenis diebus cum discipulis commoratus est suis,  
inchoationis vestrae iejunium clemens suscipiat,  
et cuncta facinora laxando dimittat.

*R/ Amen.*

Et qui ad discipulos intrare non distulit ianuis clausis,  
ipse vos ingredi faciat in regnum suae beatitudinis.

*R/ Amen.*

Et qui videntibus cunctis ad caelos remeans,  
sedem repetit deitatis,  
illustrari vos iubeat per Spiritum veritatis.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante et auxiliante,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 659)

(Ps 102, 19-2a; cfr. Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
et regnum eius omnibus dominabitur, alleluia.

Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate eum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicite Dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670, 287, 404, 405; LOPs 381)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

R/ Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

**Sabbato ante Pentecosten pro Adventu Paracliti Spiritus Sancti**

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (Br Goth 662, 161, 170, 246, 264, 315; AL 476-477; T35.2, 228; T35.4, 817)

Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea et exaltans caput meum.

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ant.* Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea et exaltans caput meum.

*Collecta de psalmo III* (OV 819; Br Goth 150, 246, 264; T35.2, 2; LOPs 317)

Quamvis, Domine, plurima malignantium multitudo abneget salutem nostram esse in te Domino Deo nostro;  
nobis tamen ob hoc robur spei multum augetur,  
qui tu susceptor noster esse dignatus es:  
obstruatur itaque os loquentium iniqua,  
cum sperantes in te misericordia circumdat assidua.

*R/ Amen.*

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa*

*Psalmus 93*

*Antiphona* (Br Goth 685-686)

(Ps 93, 14)

Non repellat Dominus plebem suam, et hereditatem suam non derelinquet.

Deus ultionum, Domine, \* Deus ultionum, effulge.  
Exaltare, qui iudicas terram, \* redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores, Domine, \* usquequo peccatores ex-sultabunt?

Effabuntur et loquentur proterva, \* gloriabuntur omnes, qui operantur iniquitatem.

Populum tuum, Domine, humilient \* et hereditatem tuam vexant.

Viduam et advenam interficiunt \* et pupillos occidunt.

Et dixerunt: “Non videbit Dominus, \* nec intelleget Deus Iacob”.

Intellegite, insipientes in populo; \* et stulti, quando sapietis? Qui plantavit aurem, non audiet, \* aut qui finxit oculum, non respiciet?

Qui corripit gentes, non arguet, \* qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, \* quoniam vanae sunt. Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, \* et de lege tua docueris eum,

ut mitiges ei a diebus malis, \* donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellit Dominus plebem suam \* et hereditatem suam non derelinquet.

Quia ad iustitiam revertetur iudicium, \* et sequentur illam omnes, qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes, \* aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adiuvit me, \* paulo minus habitasset in loco silentii anima mea.

Si dicebam: “Motus est pes meus”, \* misericordia tua, Domine, sustentabat me.

In multitudine sollicitudinum mearum in corde meo, \* consolationes tuae laetificaverunt animam meam.

Numquid sociabitur tibi sedes iniquitatis, \* quae fingit molestiam contra praeceptum?

Irruunt in animam iusti \* et sanguinem innocentem condemnant.

Et factus est mihi Dominus in praesidium, \* et Deus meus in rupem refugii mei;

et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malitia eorum disperdet eos, \* disperdet illos Dominus Deus noster.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Non repellit Dominus plebem suam, et hereditatem suam non derelinquet.

*Oratio* (Br Goth 686, 307, 420; T35.2, 189, 693; LOPs 415)

Non repellas, Domine, plebem quam mercatus es;  
 ne derelinquas hereditatem,  
 pro qua in cruce appensus es:  
 sed quousque iustitia, nunc occulta,  
 manifesto clareat in iudicio,  
 pietate porrecta nos rege;  
 et secundum multitudinem dolorum nostrorum  
 tua nos laetifica exhortatione,  
 ut qui dolorem nunc fingis in pracepto,  
 futuro requiem nobis concedas in saeculo.

*R/ Amen.*

Concedente clementia sua,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 95*

*Antiphona* (Br Goth 686)

(Cfr. Ps 95, 2b)

Bene nuntiate de die in diem salutare ipsius.

Cantate Domino canticum novum, \* cantate Domino, omnis terra.

Cantate Domino, benedicte nomini eius, \* annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriam eius, \* in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis, \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium inania, \* Dominus autem caelos fecit.

Magnificentia et pulchritudo in conspectu eius, \* potentia et decor in sanctuario eius.

Afferte Domino, familiae populorum, + afferte Domino gloriam et potentiam, \* afferte Domino gloriam nominis eius.

Tollite hostias et introite in atria eius, \* adorate Dominum in splendore sancto.

Contremiscite a facie eius, universa terra; \* dicite in gentibus: “Dominus regnavit!”.

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur; \* iudicabit populos in aequitate.

Laetentur caeli, et exsultet terra, \* sonet mare et plenitudo eius;  
 gaudebunt campi et omnia, quae in eis sunt. \* Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum  
 a facie Domini, quia venit, \* quoniam venit iudicare terram.  
 Iudicabit orbem terrae in iustitia \* et populos in veritate sua.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Bene nuntiate de die in diem salutare ipsius.

*Oratio* (Br Goth 170; MPs 85; Em30, 1000; L4, 374; LOPs 562)

Cantet tibi novum canticum numerositas redemptorum;  
 nova fecisti miracula, novum lumen ortum ex Virgine,  
 quod tamen deitati non erat novum,  
 sed novum est insolito monstrato miraculo,  
 novum regenerationis mysterium,  
 in quo totum innovas mundum;  
 nova genera virtutum in curatione aegrorum;  
 novum humilitatis ac patientiae modum  
 in superbia persequentium;  
 novum stupendumque genus virtutis in gloria resurgentis;  
 nova humanis visibus tuae ostenditur maiestatis potestas,  
 cum verum hominem ad caelorum sublimitatem deportas.  
 Concede pro quibus tam nova miracula  
 gloriosus opifex indidisti,  
 hos et vestigiorum tuorum sequaces,  
 et gloriae facias coheredes;  
 atque melodiam carminis, nec non inter sanctorum fragores,  
 et nostras voces admisceas perstrepentes.

*R/ Amen.*

Concedente gratia miserationis illius,  
 cuius regnum et imperium iuge ac gloriosum  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 97*

*Antiphona* (Br Goth 686)

(Cfr. Ps 97, 1b)

Liberet nos, Domine, dextera tua et brachium sanctum tuum.

Cantate Domino canticum novum, \* quia mirabilia fecit.  
 Salvavit sibi dextera eius, \* et brachium sanctum eius.  
 Notum fecit Dominus salutare suum, \* in conspectu gentium  
 revelavit iustitiam suam.  
 Recordatus est misericordiae suae \* et veritatis suae domui  
 Israel.  
 Viderunt omnes termini terrae \* salutare Dei nostri.  
 Iubilate Deo, omnis terra; \* erumpite, exsultate et psallite.  
 Psallite Domino in cithara, \* in cithara et voce psalmi;  
 in tubis ductilibus et voce tubae corneae, \* iubilate in cons-  
 pectu regis Domini.  
 Sonet mare et plenitudo eius, \* orbis terrarum et qui habi-  
 tant in eo.  
 Flumina plaudent manu, \* simul montes exsultabunt  
 a conspectu Domini, \* quoniam venit iudicare terram.  
 Iudicabit orbem terrarum in iustitia \* et populos in aequitate.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
 saeculorum. Amen.

*Ant.* Liberet nos, Domine, dextera tua et brachium sanctum tuum.

*Oratio* (Br Goth 685, 312, 421; T35.2, 210, 705; LOPs 110)

Liberet nos, Domine, dextera tua,  
 imperioque tuo flecte arrogantium corda;  
 ut gentes veritatis adventu declarentur,  
 et ostensam salutem cordis humilitate suscipiant.

*R/* Amen.

Tua concedente clementia,  
 piissime et admirabilis Deus,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Responsorium* (Br Goth 686)

(Cfr. Dn 9, 24; Ps 101, 14)

Habeant, Domine, finem peccata nostra,  
 deleatur iniquitas, et induamur iustitia sancta tua;  
 ut laetetur iterum Ierusalem.

*V/* Tu exurgens misereberis Sion,  
 quia venit tempus miserendi.

*R/* Ut laetetur iterum Ierusalem.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Ut laetetur iterum Ierusalem.

*Psalmus L**Antiphona* (Br Goth 686, 247)

(Ps 50, 11)

Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

*Oratio* (Br Goth 151, 247, 296, 412, cfr. 356; T35.2, 411, 664; cfr. MPs 23; cfr. LOPs 517)

Averte faciem tuam a peccatis nostris, Domine,  
 et omnes iniquitates nostras dele;  
 remove ab oculis tuis  
 malarum nostrarum facinus voluptatum,  
 nostrarque confessioni clementer tuum appone auditum:  
 miserere, quaesumus, rogantibus nobis,  
 qui propitius respicis in adversis,  
 et qui desperatis cor paenitens tribuis,  
 confessionibus nostris gloriae tuae praesta subsidium.  
 Sed qui publicanus a longe stans,  
 et percutiens pectus suum,  
 sola confessione purgatus est;  
 similiter et nos peccatores exaudi;  
 ut sicut illi meritos petitionis suaे fructus donasti,  
 ita et nobis supplicantibus indignis servis tuis  
 veniam digneris impendi peccatis.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suaे,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 204-205)

(Dt 9, 26-29)

*Antiphona* (Br Goth 204)

(Dt 9, 26)

Ne extermines plebem tuam, Domine, et hereditatem quam liberasti.

Domine Deus, ne disperdas populum tuum \* et hereditatem tuam,  
 quam redemisti in magnitudine tua, \* quod eduxisti de Aegypto in manu forti.  
 Recordare servorum tuorum Abraham, Isaac et Iacob; \* ne aspicias duritiam populi huius et impietatem atque peccatum,  
 ne forte dicant habitatores terrae, \* de qua eduxisti nos:  
 “Non poterat Dominus introducere eos in terram, \* quam pollicitus est eis, et oderat illos;  
 idcirco eduxit, \* ut interficeret eos in solitudine”.  
 Attamen ipsi sunt populus tuus et hereditas tua, \* quos eduxisti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Ne extermines plebem tuam, Domine, et hereditatem quam liberasti.

*Oratio de cantico* (Br Goth 662)

Universae carnis spiritus, fortissime ac misericors Deus,  
 propitiare, quaesumus, universitati ecclesiae tuae,  
 et dimitte peccata omnium;  
 aufer, quaesumus, a nobis iniquitates et scelera nostra,  
 tuaeque nos benedictionis et pacis infusione locupleta.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis tuae, Deus meus,  
 qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus matutinarius* (Br Goth 686)

(Ps 66, 2-3)

Deus misereatur nobis, et benedicat nos;  
 illuminet Dominus vultum super nos.

V/ Ut cognoscamus in terram viam tuam,  
 in omnibus gentibus salutare tuum.

*R/ Illuminet Dominus vultum super nos.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Illuminet Dominus vultum super nos.*

*Psalmi laudate 148-150*

*Antiphona* (Br Goth 686)

(Ps 148, 9.13a)

Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri, laudent nomen Domini.

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Ant.* Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri, laudent nomen Domini.

*Lectio* (Br Goth 686)

(Prv 16, 4-13)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

*R/ Deo gratias.*

Fili: Universa secundum proprium finem operatus est Dominus [...] Voluntas regum labia iusta; qui recte loquitur diligitur.

*R/ Amen.*

*Hymnus* (Br Goth 152)

Benignitatis fons Deus,  
qui non habens finem boni  
super malum scelestium,  
semper pius, semper bonus.

Moestum satis cor caedimus,  
et triste pectus tundimus,  
aquas pupillae fundimus,  
moestas genas inducimus.

Egisse multum paenitet.  
Horrens, tetrum, vel pessimum;  
turpissimum ac sordidum  
fatemur omne noxium.

Elata vox te postulat,  
tu parce, dicit, Conditor,  
iam parce clamat obsecrans,  
ignosce quod commissimus.

Non ira moestos sorbeat,  
non poena fessos conterat;  
solare contritos cito,  
et gaudium nobis dato.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spiritu Paraclito,  
regnans per omne saeculum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

*V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.*

*R/ Et renovabis faciem terrae.*

*Supplicatio* (Br Goth 152)

Oremus.

Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum,

cum omni supplicatione rogemus;  
 ut nos gratia ipsius,  
 et per intercessionem Sanctae Mariae  
 Virginis Genetricis suae  
 in sacro sancto ieiunio remissionem peccatorum,  
 pacemque nobis propitius donare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*  
*Kyrie eleison.*  
*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria (Br Goth 663)*

Descendat, Domine, ad nos Spiritus Sanctus,  
 per quem et mundata pectora nostra ipse possideas,  
 et institutam a te orationem suscipias:  
 ut ita non per nos,  
 sed per illum nostra accipias postulata,  
 sicut per illum nostra delreas facinora;  
 cum eo, qui tecum et cum Patre regnat aequalis,  
 interpellante pro nobis,  
 per eum ad te proclamamus e terris.

*Pater noster*

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Petitio*

*(Ut in ordinario in officio feriali)*

*Benedictio (Br Goth 663)*

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.  
*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.  
*R/* Et cum spiritu tuo.

Expectantes se, Spiritus efficiat immaculatos a sordibus.

*R/ Amen.*

Repleat munere, quos se inspicit sustinere.

*R/ Amen.*

Ut cum venerit impleamur sanctitate eius,  
 cuius adventum amabiliter expectamus.

*R/ Amen.*

Ipso praestante et auxiliante, qui cum Patre et Filio,  
 unus Deus, vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 663)

(Ps 102, 19-20a; Ps 116, 1)

Dominus in caelo paravit sedem suam, alleluia;  
benedicte dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
et collaudate eum omnes populi.

R/ Benedicte dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Benedicte dominum omnes angeli eius,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 670, 278, 404, 405; cfr. LOPs 381)

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
qui es omnium terrae spes;  
et in virtute tua praepara montes, quos illustres potentia,  
virtutumque copia sublimes insignium;  
tuum est enim, nos celsiora ditare per merita;  
per quae vitae beatae scandimus ardua:  
ut ecclesia tua in omnibus terrae finibus dilatata,  
dum fidei petit sublimitatem,  
spei promereatur quietem,  
et ad caritatis perveniat apicem.

R/ Amen.

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

### Ad tertiam

*Lectio* (Br Goth 193)

(Prv 7, 1-2)

Lectio libri Proverbiorum Salomonis.

R/ Deo gratias.

Fili, custodi sermones meos [...] et vives.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 686-687)

(Ex 31, 12; Dt 28, 1-13a)

Lectio libri Deuteronomii.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: Locutus est Dominus ad Moysen dicens: “Loquere ad omnem coetum filiorum Israel, et dices ad eos: Ego Dominus Deus tuus. Si audieris vocem Domini [...] et possideas terram, quam Dominus Deus tuus datus est tibi.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 252)

(Ez 18, 30b-32; 20, 2-3.19b.20b)

Lectio libri Ezechielis prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus: Convertimini et agite paenitentiam [...] Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus. Revertimini et vivite. Et factus est sermo Domini ad me dicens [...] Abominationes patrum eorum ostende eis. In paeceptis meis ambulate, et iudicia mea custodite et facite ea, ut sint signum inter me et vos, et sciatur quia ego Dominus Deus vester.

R/ Amen.

*Lectio* (Br Goth 687-688)

(Act 20, 16-28)

Lectio Actuum Apostolorum.

R/ Deo gratias.

In illis diebus: Proposuerat enim Paulus transmigrare Ephesum [...] in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, pascere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

R/ Amen.

*Psalmus 48**Antiphona* (Br Goth 688)

(Rom 12, 1; cfr. Eph 4, 30)

Praeparate vos hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite contristari Spiritum Sanctum.

Audite haec, omnes gentes; \* auribus percipite, omnes, qui habitatis orbem:

quiique humiles et viri nobiles, \* simul in unum dives et pauper!  
Os meum loquetur sapientiam, \* et meditatio cordis mei prud-  
dentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam, \* aperiam in psalterio  
aenigma meum.

Cur timebo in diebus malis, \* cum iniqüitas supplantantium  
circumdabit me?

Qui confidunt in virtute sua \* et in multitudine divitiarum  
suarum gloriantur.

Etenim seipsum non redimet homo; \* non dabit Deo propi-  
tiationem suam.

Nimium est pretium redemptionis animae eius: ad ultimum  
deficit, \* ut vivat usque in finem nec videat interitum.

Et videbit sapientes morientes; + simul insipiens et stultus  
peribunt \* et relinquunt alienis divitias suas.

Sepulcra eorum domus illorum in aeternum; + tabernacula  
eorum in progeniem et progeniem, \* etsi vocaverunt nomini-  
bus suis terras suas.

Et homo, cum sit in honore, non permanebit; \* comparatus  
est iumentis, quae pereunt, et similis factus est illis.

Haec via illorum, quorum fiducia in semetipsis, \* et finis  
eorum, qui complacent in ore suo.

Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos; \* des-  
cendent praecipites ad sepulcrum,  
et figura eorum erit in consumptionem: \* infernus habitacu-  
lum eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam, \* de manu inferi  
vere suscipiet me.

Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, \* et cum multipli-  
cata fuerit gloria domus eius,  
quoniam, cum interierit, non sumet omnia, \* neque descen-  
det cum eo gloria eius.

Cum animae suae in vita ipsius benedixerit: \* “Laudabunt te  
quod benefecisti tibi”,  
tamen introibit ad progeniem patrum suorum, \* qui in aeter-  
num non videbunt lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit; \* comparatus est  
iumentis, quae pereunt, et similis factus est illis.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Praeparate vos hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, ratio-  
nabile obsequium vestrum. Et nolite contristari Spiritum Sanctum.

*Oratio* (Br Goth 675, 287, 400; T35.2, 85, 588, 633; cfr. Br Goth 706; cfr. LOPs 510)

Audiant simul te, Domine, omnes gentes;  
et dives ac pauper aurem tibi cordis accomodent;  
ibique omnium ad fidem praeparetur auditio,  
quo salvandis promittitur gratiae plenitudo.

*R/ Amen.*

Per ineffabilem bonitatem tuam, Deus noster,  
qui vivis et cuncta dominaris in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psalmus 32*

*Antiphona* (Br Goth 688)

(Ez 3, 12)

Spiritus Domini Spiritus vitae est, et benedicta gloria Domini de loco suo.

Exsultate, iusti, in Domino; \* rectos decet collaudatio.  
Confitemini Domino in cithara, \* in psalterio decem chordarum psallite illi.  
Cantate ei canticum novum, \* bene psallite ei in vocifera-  
tione,  
quia rectum est verbum Domini, \* et omnia opera eius in  
fide.  
Diligit iustitiam et iudicium; \* misericordia Domini plena  
est terra.  
Verbo Domini caeli facti sunt, \* et spiritu oris eius omnis  
virtus eorum.  
Congregans sicut in utre aquas maris, \* ponens in thesauris  
abyssos.  
Timeat Dominum omnis terra, \* a facie autem eius formidant  
omnes inhabitantes orbem.  
Quoniam ipse dixit, et facta sunt, \* ipse mandavit, et creata  
sunt.  
Dominus dissipat consilia gentium, \* irritas facit cogitacio-  
nes populorum.  
Consilium autem Domini in aeternum manet, \* cogitationes  
cordis eius in generatione et generationem.  
Beata gens, cui Dominus est Deus, \* populus, quem elegit in  
hereditatem sibi.  
De caelo respexit Dominus, \* vidit omnes filios hominum.

De loco habitaculi sui respexit \* super omnes, qui habitant terram,  
 qui finxit singillatim corda eorum, \* qui intellegit omnia opera eorum.  
 Non salvatur rex per multam virtutem, \* et gigas non libera-  
 bitur in multitudine virtutis suae.  
 Fallax equus ad salutem, \* in abundantia autem virtutis sua-  
 e non salvabit.  
 Ecce oculi Domini super metuentes eum, \* in eos, qui spe-  
 rant super misericordia eius,  
 ut eruat a morte animas eorum \* et alat eos in fame.  
 Anima nostra sustinet Dominum, \* quoniam adiutor et pro-  
 tector noster est;  
 quia in eo laetabitur cor nostrum, \* et in nomine sancto eius speravimus.  
 Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.  
 Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Spiritus Domini Spiritus vitae est, et benedicta gloria Domini de loco suo.

*Oratio* (Br Goth 688, 395, 666; cfr. OV 339; LOPs 491)

Domine, qui iustorum gaudium tuum facis esse paeceptum;  
 quorum tibi laudatio,  
 et obsequitur diligendo, et diligit collaudando;  
 qui tibi per legis citharam novum canticum cantant,  
 et per psalterium piis vocibus sacro fragore persulant:  
 eorum nos, Domine, vestigiis inhaerere concede,  
 et laudem tuam cum eisdem tribue conclamare;  
 et quia rectus est sermo tuus, tuaque fidelia sunt opera,  
 praesta ut te corde fideli credamus,  
 et misericordiam tuam impensius consequi mereamur.

*R/* Amen.

Adiuvante sua misericordia, qui in Trinitate unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Psalmus 49**Antiphona (Br Goth 688)*

(Io 15, 26; 16, 8)

Mittam in vobis Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille arguet mundum de peccato, et de iudicio et de iustitia.

Deus deorum, Dominus, locutus est \* et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum.

Ex Sion speciosa decore Deus illuxit, \* Deus noster veniet et non silebit:

ignis consumens est in conspectu eius, \* et in circuitu eius tempestas valida.

Advocabit caelum desursum \* et terram discernere populum suum:

“Congregate mihi sanctos meos, \* qui disposuerunt testamentum meum in sacrificio”.

Et annuntiabunt caeli iustitiam eius, \* quoniam Deus iudex est.

“Audi, populus meus, et loquar, + Israel, et testificabor adversum te: \* Deus, Deus tuus, ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te; \* holocausta enim tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos \* neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meae sunt omnes ferae silvarum, \* iumentorum mille in montibus.

Cognovi omnia volatilia caeli; \* et, quod movetur in agro, meum est.

Si esuriero non dicam tibi; \* meus est enim orbis terrae et plenitudo eius.

Numquid manducabo carnes taurorum \* aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis \* et redde Altissimo vota tua;

et invoca me in die tribulationis: \* eruam te, et honorificabis me”.

Peccatori autem dixit Deus: + “Quare tu enarras praecepta mea \* et assumis testamentum meum in os tuum?

Tu vero odisti disciplinam \* et proiecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem, currebas cum eo; \* et cum adulteris erat portio tua.

Os tuum dimittebas ad malitiam, \* et lingua tua concinnabat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebaris \* et adversus filium matris tuae proferebas opprobrium.

Haec fecisti, et tacui. Existimasti quod eram tui similis. \* Arguam te et statuam illa contra faciem tuam.

Intellegite haec, qui obliviscimini Deum, \* ne quando rapiam, et non sit qui eripiat.

Qui immolabit sacrificium laudis, honorificabit me; \* et, qui immaculatus est in via, ostendam illi salutare Dei”.

Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula saeculorum. Amen.

*Ant.* Mittam in vobis Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille arguet mundum de peccato, et de iudicio et de iustitia.

#### *Responsorium* (Br Goth 688)

(Cfr. Nm 16, 22; cfr. 1Reg 8, 36; Ex 34, 6)

Fortissime Deus, Spiritus universae carnis,

numquid omnes in ira tua disperdes?

clemens es et multae miserationis.

Domine, dimitte peccata populi tui.

V/ Dominator Domine, Deus misericors et clemens.

R/ Domine, dimitte peccata populi tui.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Domine, dimitte peccata populi tui.

#### *Preces* (Br Goth 688)

*Diac:* Flectamus genua.

*Presb:* Deprecemur Dominum.

*R/* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

*Diac:* Erigite vos.

Dicamus omnes: Misericors Deus, miserere

V/ Qui es unus potentia,  
eiusdemque tuo Genitore substantia.

*R/* Miserere.

V/ Qui princeps sacerdotum es,  
regum rector, populorum Dominus.

*R/* Miserere.

V/ Qui captivis reddis patriam, infirmis opem,

consolationem moerentium.

*R/ Miserere.*

*V/ Indulgentiam postulamus concede,  
poenitentibus salutem tribue.*

*R/ Miserere.*

*Hymnus* (Br Goth 952)

Iam surgit hora tertia,  
et nos intenti currimus,  
psallendi opus implemus:  
Christum laudemus Dominum.

Hora quoque iam tertia  
Christus cruce suspensus est,  
voluntatem Patris implevit,  
mundi peccatum abstulit.

Conscendit sedem propriam,  
sedet ad Patris dexteram;  
collaudant throni Dominum,  
quem perfidi negaverant.

Nos Christum Deum colimus,  
iudicemque speramus;  
quem prophetae cecinerunt,  
apostoli secuti sunt.

Egressus hora tertia  
sanctus Pater familias  
per singulos denarios  
conduxit operarios.

In tua, Christe, vinea,  
quam praemio iam cernimus,  
sequimur opus mysticum  
propter promissum optimum.

Ecce praecessit iam hora,  
in qua Sanctus Spiritus  
Apostolorum vascula  
de verbo fecit ebria.

Infunde sensum, Domine;  
in te canamus laudibus:  
Christe, Redemptor omnium  
sanctifica nostrum chorum.

Gloria tibi Domine,  
qui surrexisti a mortuis  
cum Patre, Sancto Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

*Supplicatio* (Br Goth 688)

Oremus.

Dei Patris omnipotentis misericordiam,  
suplices imploremus;  
ut nos gratia Christi sui Domini nostri,  
et virtus Spiritus tui Sancti propitius illustrare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

Kyrie eleison.

*R/ Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Completuria* (Br Goth 688)

Domine Iesu Christe,  
quem venisse credimus in carnis abiectione humilem,

mundum pereuntem redimere;  
 quemque iterum praestolamur  
 in potentia deitatis venturum,  
 saeculum delinquens terribiliter iudicare,  
 immensam pietatem tuam trementes famuli tui quaesumus,  
 ut, dum veneris, non de peccato nos arguas,  
 sed ineffabili bonitate succurras;  
 et hic potius humilitatis nostrae confessionem accipias,  
 ut et illic facinora universa indulgeas,  
 et in dexteræ tuae partem coronandos statuas.

*R/ Amen.*

Quia multum misericors est  
 Dominus noster Iesus Christus,  
 vivens cum Patre et regnas cum Spiritu Sancto  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Benedictio* (Br Goth 953)

*Diac:* Humiliate vos bendictioni.

*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.

*R/ Et cum spiritu tuo.*

Dominus Iesus Christus, qui hora diei tertia  
 misit ad Apostolos suos Spiritum Sanctum Paraclitum,  
 in visceribus nostris innovet spiritum rectum.

*R/ Amen.*

Et quia mirabile in aequitate permanet Sanctum,  
 arcana pectoris nostri repleat Spiritus Sanctus.

*R/ Amen.*

Adiuvante sua misericordia, qui vivit et regnat, Deus,  
 in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

Unigenitus Christus Dominus,  
 qui in faciem discipulorum suorum  
 flatu vivifico insuflavit,

ipse populum suum bendictionibus faciat abundare  
per spiritum principalem.

*R/ Amen.*

Adiuvante Domino nostro Iesu Christo,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio feriali*)

*Ad sextam et nonam dicatur ut in sexta feria praeterita.*

**IN DIE SANCTO PENTECOSTEN**

**Ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 346, 293, 308, 311, 314, 317, 319, 351; T35.4, 677, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 747; T35.5, 769, 843; T35.6, 64, 350, 456; L6, 970, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

*V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,*  
*tu contribulasti capita draconum super aquas.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,*  
*posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.*

*Tu confregisti caput draconis magni,*  
*et dedisti eum in escam populo Aethiopum.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

*V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.*

*R/ Tu fecisti solem et lunam.*

V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
dum a te se creatos agnoscunt:  
et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.

Dona ergo mentibus nostris  
in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
et te solem iustitiae  
perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
quatenus nocturnas tenebras  
tua semper valeamus illuminatione vitare.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus,  
et vivis, et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Sonus* (AL 346; T35.4, 678; L6, 971)

(Il 2, 28.32a)

Effundam, dicit Dominus, de spiritu meo  
super omnem carnem, alleluia.

V/ Prophetabunt fili vestri et filiae,  
et omnis qui invocaverit Dominum salvabitur.

R/ Super omnem carnem, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Super omnem carnem, alleluia.

*Antiphona* (AL 346; T35.5, 679; L6, 972)

(Cfr. Eph 5, 19; Ps 94, 1)

Impleamur Spiritu Sancto loquentem  
in psalmis, in cantis et in hymnis,  
psallamus in cordibus nostris.

V/ Venite exultemos Domino,  
iubilemus Deo salutari nostro.

*R/ Psallamus in cordibus nostris.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Psallamus in cordibus nostris.*

*Antiphona* (AL 346; T35.4. 680; L6, 973)  
(Io 15, 26-27; Heb 1, 7)

Cum venerit Paraclitus,  
ille testimonium perhibebit de me,  
et vos testimonium perhibebitis  
quia ab initio mecum estis.  
*V/ Qui facit angelos suos spiritus,*  
*et ministros suos flamمام ignis.*  
*R/ Et vos testimonium perhibebitis*  
*quia ab initio mecum estis.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Et vos testimonium perhibebitis*  
*quia ab initio mecum estis.*

*Alleluiaiticum* (AL 346; T35.4, 681; L6, 974)  
(2Cor 3, 17; Io 3, 8a; Ps 147, 4)

Dominus Deus spiritus est, alleluia.  
Ubi spiritus Domini ibi libertas,  
et ubi vult spirat, alleluia, alleluia.  
*V/ Qui emittit eloquium suum terrae,*  
*velociter currit sermo eius.*  
*R/ Et ubi vult spirat, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Et ubi vult spirat, alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 693-694; AL 346, 351; T35.4, 682, 725, 751; L6, 975)

Beata nobis gaudia  
anni reduxit orbita,  
cum Spiritus Paraclitus  
effulsit in discipulos.

Ignis vibrante lumine,  
linguae figuram detulit;  
verbis ut essent proflui,  
et caritate fervidi.

Dudum Sacrata pectora  
tua replesti gratia;  
dimitte nunc peccamina,  
et da quieta tempora.

Anni peractis mensibus,  
tanta recurrunt gaudia;  
votisque dudum credulis  
optatus advenit dies.

Linguis loquuntur omnium,  
turbae pavent gentilium:  
musto madere deputant  
quos Spiritus repleverat.

In quo Spiritus Domini  
terram replevit gaudiis;  
caelstis adventus sui  
mundo decurrunt lumina.

Patrata sunt haec mystice,  
Paschae peracto tempore;  
sacro dierum numero  
quo lege fit remissio.

Quod est probatum testibus,  
apostolorum vocibus;  
cum sint diversis oribus  
vanis locuti gentibus.

Te nunc Deus piissime,  
vultu precamur cernui,  
inlapsa nobis caelitus  
largire dona Spiritus.

Tanto redempti munere,  
Patris et Nati Spiritui  
iuges agamus gratias,  
Deo perenni in saecula.

Gloria tibi Trinitas  
aequalis una Deitas,  
et ante cuncta saecula,  
et nunc et in perpetuum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 690)

Dei Patris omnipotentis misericordiam  
suplices imploremus;  
ut nos gratia Christi sui, Domini nostri,  
et virtute Spiritus Sancti propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria* (OV 1022; Br Goth 690; T35.4, 683; L6, 976)

Fiat super nos, Domine, manus tua,  
et fulgor Spiritus tui interiora nostra irradiet;  
ut ipse accendat frigidos et illustret obscuros,  
qui semper tecum permanet preclarus et gloriosus.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(Ut in ordinario in officio festivo)

*Benedictio* (OV 1023; Br Goth 690-691; T35.4, 684; L6, 977)*Diac:* Humiliate vos benedictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Spiritus Paraclitus, qui olim in discipulos  
manifesto igni est declaratus in munere,  
ignis sui calore a cunctis vos peccatis emmaculet.

*R/ Amen.*

Et qui mestificatis eorum cordibus  
clemens consolator occurrit,  
magna vos sui instruat gratia sacramenti.

*R/ Amen.*

Quique tunc apostolos docuit veritatem,  
vos et nunc enutriat fide,  
et posta aeternam perducat ad requiem.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Dei nostri,  
qui vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

*R/ Amen.**Psallendum* (AL 346; T35.4, 685; L6, 978)

(Cfr. Idt 16, 2; Idt 16, 16-17)

Laudabo Deum meum in hymno novo,  
Domine magnus es et praeclarus et admirabilis.  
V/ Tibi serviet omnis creatura tua  
quoniam dixisti et facta sunt,  
misisti spiritum tuum et creata sunt, alleluia, alleluia.

*R/ Domine magnus es et praeclarus et admirabilis.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Domine magnus es et praeclarus et admirabilis.**Oratio* (OV 1026; Br Goth 691; T35.4, 693; L6, 985)

O Spiritus Sancte, qui a Patre Filioque procedis,  
doce nos facere veritatem;  
ut qui de Patre Filioque accepisti processionem,  
invisibili nos his, a quibus tam ineffabiliter procedis,

associes caritati.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Ad matutinum**

*Psalmus III*

*Antiphona* (AL 346, 68, 242, 413, 432; Em 30, 7, 622, 1388, 1427;  
T35.4, 403; T35.5, 490; T35.6, 470, 601; T35.7, 355; L5, 6, 66, 232, 321,  
612, 885, 956; L6, 88, 465; Br Goth 566; LO5 676)

(Cfr. Ps 3, 9)

Super populum tuum, Deus, salus tua et benedictio.

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Ant.* Super populum tuum, Deus, salus tua et benedictio.

*Collecta de psalmo III* (OV 757; Em 30,8; Br Goth 116, 1089; T35.4,  
687; LOPs 208)

Tu es, Domine, salus, et tua est salus;  
hanc gaudemus nobis largitam,  
hanc etiam usque in finem a te petimus largiendam;  
effunde, quasumus,  
super populum tuum bendictionem tuam,  
ut privetur maledictio poenae,  
et ditescat in nobis fructus iustitiae.

*R/ Amen.*

Concedente eius misericordia,  
qui vivit et regnat Deus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa I*

*Antiphona* (AL 347; T35.4, 688; L6, 980)

(Gn 1, 1.2b; Ps 23, 1)

In principio creavit Deus caelum et terram,  
et spiritus Domini ferebatur super aquas.  
V/ Domini est terra et plenitudo eius,  
orbis terrarum et universi qui habitant in eo.  
R/ Et spiritus Domini ferebatur super aquas.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Et spiritus Domini ferebatur super aquas.

*Oratio* (OV 1024, Br Goth 696; T35.4, 689; L6, 981)

Deus Pater omnipotens, qui in principio,  
id est in Filio tuo Iesu Christo Domino nostro,  
caelum terramque fecisti;  
da nobis, ut Spiritus ille tuus, qui super aquas,  
id est super cor nostrum tenebrosum ac fluidum fertur,  
fructus tibi in nobis beneplacitos operetur;  
ut in corde nostro  
copiosa virtutum exundatione fructificans,  
indesinenti nos igne amoris tui accendat.  
R/ Amen.  
Quia multae sunt miserationis suae, Deus noster,  
qui omnia ordinat et disponit in saecula saeculorum.  
R/ Amen.

*Antiphona* (AL 347; T35.4, 690; L6, 982)

(Ps 32, 6-7)

Verbo Domini caeli facti sunt,  
spiritus oris eius omnis ornatus eorum.  
V/ Congregans sicut in utre aquas maris,  
ponens in thesauris abyssos.  
R/ Spiritus oris eius omnis ornatus eorum.  
V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.  
R/ Spiritus oris eius omnis ornatus eorum.

*Oratio* (OV 1025; Br Goth 696; T35.4, 691; L6, 983)

Tuo, Domine, verbo caeli facti sunt,  
et spiritu oris ornati,

quia apud beatam Trinitatem, nihil discretum in opera,  
 nihil reperitur sequestratum in munere,  
 quando ea quae Pater facit et Filius,  
 ea etiam indivisae operatur et Spiritus Sanctus;  
 caelestis ergo fabrica Patris verbo construitur  
 et ornatus spiritu oris eius perficitur;  
 tribue proinde nobis, ut opera tua cognoscamus in fide,  
 dum te Deum Trinitatis  
 et essentialem credimus et equalem.

*R/ Amen.*

Quia ipse est Dominus Deus noster,  
 vivens et regnans in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 347; T35.4, 692; L6, 984)

(Io 15, 26; 16, 13.14; Ps 112, 2)

Spiritus qui a Patre meo procedit,  
 docebit vos veritatem alleluia,  
 ille de meo accipiet alleluia,  
 et docebit vos alleluia, alleluia.

*V/ Sit nomen Domini benedictum,*  
*ex hoc nunc et usque in saeculum.*

*R/ Et docebit vos alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et docebit vos alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1026; Br Goth 691; T35.4, 693; L6, 985)

O Spiritus Sancte, qui a Patre Filioque procedit,  
 doce nos facere veritatem;  
 ut qui de Patre Filioque accepisti processionem,  
 invisibili nos his, a quibus tam ineffabiliter procedis,  
 associes caritati.

*R/ Amen.*

Quia Deus es pius et misericors,  
 qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 347; T35.4, 694; L6, 986)

(Cfr. Eccli 17, 5-6; Act 2, 2)

Disciplina et sapientia replebit illos Dominus, alleluia;  
 creabit in illis gratiam spiritus sui

et intellectu replevit corda eorum, alleluia, alleluia.  
*V/ Spiritus Sanctus de caelo descendit*  
 et implevit domum illam ubi erant discipuli sedentes.  
*R/ Creabit in illis gratiam spiritus sui*  
 et intellectu replevit corda eorum, alleluia, alleluia.  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Creabit in illis gratiam spiritus sui*  
 et intellectu replevit corda eorum, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1027; T35.4, 695; L6, 987)

Disciplina et sapientia reple nos omnipotens Deus,  
 ut Sanctus Spiritus disciplinae factos non effugiat,  
 dum bonos ac sinceros efficiat;  
 ut cor nostrum intellectu prudentiae ditet,  
 dum gratiam nobis affluentem clementer infundit.  
*R/ Amen.*

Ipse Dominus et misericors,  
 qui vivit et cuncta regit  
 per infinita semper saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Missa II*

*Antiphona* (AL 347; T35.4, 696; L6, 988; Br Goth 691)  
 (Io 20, 22; Mc 16, 17b.18b; Ps 49, 1)

Dominus locutus est discipulis suis:  
 accipite Spiritum Sanctum;  
 in nomine meo demonia eicite  
 et super infirmos imponite manus vestras  
 et bene habebunt.  
*V/ Deus deorum Dominus locutus est et vocavit terram*  
*a solis ortu usque ad occasum.*  
*R/ Et super infirmos imponite manus vestras*  
*et bene habebunt.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
 in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Et super infirmos imponite manus vestras*  
 et bene habebunt.

*Oratio* (OV 1028; T35.4, 697; T35.6, 401; L6, 989; Br Goth 691)

Deus, qui in virtute Spiritus Sancti, et daemonia eici,  
et infirmos posse sanari in tuo nomine discipulos docuisti;  
da nobis ita repleri huius Sancti Spiritus dono,  
ut ab omnimodo daemoniorum mereamur eripi temptatione,  
quatenus, per eum a nostris infirmitatibus elevati,  
bene per illum possimus habere,  
cum pro bonis operibus  
bonum perenne perceperimus in munere.

R/ Amen.

Ipse Dominus et misericors,  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 347; T35.4, 698; T35.6, 402; L6, 990; cfr. Br Goth 692)

(Io 20, 22b-23; 14, 27; Ps 65, 1-2)

Accipite Spiritum Sanctum,  
quorum remiseritis peccata remittentur eis  
et quorum retinueritis retenta erunt.

Pacem meam do vobis, pacem meam relinqu vobis.

V/ Iubilate Deo omnis terra,  
psalmum dicite nomini eius,  
date gloriam laudi eius.

R/ Pacem meam do vobis, pacem meam relinqu vobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Pacem meam do vobis, pacem meam relinqu vobis.

*Oratio* (OV 1029; T35.4, 699; T35.6, 403; L6, 991; Br Goth 692)

Christe, Dei Filius, qui per Spiritum Sanctum  
dimitti intra ecclesiam peccata tibi confitentibus promissisti,  
cum ligandi et solvendi potestatem tuis, magister bone,  
contulisti discipulis;  
da nobis, huius bono copiosius afflui,  
quo igne eius et condensa in nobis exurantur facinora,  
et pacis tuae donentur commoda manifesta.

R/ Amen.

Quia multum misericors est  
Dominus noster Iesus Christus,

vivens cum Patre et regnans cum Spiritu Sancto  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 347; T35.4, 700; T35.6, 404; L6, 992)

(Act 2, 4; Ps 105, 2)

Alleluia, repleti sunt omnes Spiritu Sancto  
et coeperunt loqui variis linguis  
prout Spiritus dabat pronuntiare eis, alleluia, alleluia.  
V/ Quis loquetur potentias Domini,  
auditas faciet omnes laudes eius.

*R/ Prout Spiritus dabat pronuntiare eis, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Prout Spiritus dabat pronuntiare eis, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1030; T35.4, 701; T35.6, 405; L6, 993)

Domine Iesu Christe,  
qui Spiritu Sancto repletos apostolos  
personare fecisti variis linguis:  
praesta ecclesiae tuae, ut in ea  
et linguarum et pectorum tibi armonia suaviter concinatur,  
et ita te laudet concorditer diversitas gentium,  
ut te unanimiter attollat universitas populorum.

*R/ Amen.*

Ipsò praestante et auxiliante,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 347-348; T35.4, 702; T35.6, 406; L6, 994)

(Is 59, 21; Ez 36, 25)

Attende Israel et audi mandata vitae,  
spiritus meus qui est in te,  
et verba mea non recedant de ore tuo  
et de ore seminis tui

amodo et usque in sempiternum, alleluia.

V/ Effundam super vos aquam mundam,  
et mundabimi ab omnibus inquinamentis.

*R/ Amodo et usque in sempiternum, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.  
*R/ Amodo et usque in sempiternum, alleluia.*

*Oratio* (OV 1031; T35.4, 703; T35.6, 407; L6, 995)

Attendimus, Domine,  
 et desiderantes audire cupimus mandata vitae;  
 quaesumus ergo, ut Spiritus a te procedens  
 impleat nos munere suo,  
 qualiter verba tua non recedant de ore nostro;  
 quo, eius plenitudine satiati,  
 sic predicatione Spiritus fulgeamus,  
 ut dicta factis comprobare possimus.

*R/ Amen.*

Ipse Dominus et misericors,  
 qui vivit et cuncta regit  
 per infinita semper saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

### *Missa III*

*Antiphona* (AL 348; T35.4, 704; T35.6, 408; L6, 996; Br Goth 692)  
 (Sap 7, 22; Ps 47, 2)

Omnium rerum creator et dominus  
 docuit sapientiam sanctis:  
 spiritus unicus, simplex, multimodus subtilis,  
 incoquinatus, clarus et suavis.

*V/ Magnus Dominus et laudabilis nimis,  
 in civitate Dei nostri in monte sancto eius.*

*R/ Docuit sapientiam sanctis:  
 spiritus unicus, simplex, multimodus subtilis,  
 incoquinatus, clarus et suavis.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Docuit sapientiam sanctis:  
 spiritus unicus, simplex, multimodus subtilis,  
 incoquinatus, clarus et suavis.*

*Oratio* (OV 1032; T35.4, 705; T35.6, 409; L6, 997; Br Goth 692)

Omnium rerum creator et dominus docuit sapientiam,  
 in qua est Sanctus Spiritus,

unicus, simplex, multimodus, subtilis,  
 ut unus Pater, unus Filius, unus Spiritus Sanctus,  
 non pluralitate deitatis ostensi,  
 sed unitate virtutis innexi,  
 et unione personae careant,  
 et in unitate naturae permaneant;  
 nec sit illic aliquid diversum, ubi in singulis resonat unum:  
 hac igitur te, sancta Trinitas,  
 fidei cognitione credentes poscimus et rogamus,  
 ut manifestatione Spiritus tui ita cor nostrum irradies,  
 ut carnis opera declinemus,  
 et perfectionem sanctitatis omnimode consectemur.

*R/ Amen.*

Ipse Dominus et misericors,  
 qui in Trinitate, unus Deus,  
 gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 348; T35.4, 706; T35.6, 410; L6, 998)

(Cfr. Sap 11, 26-27; 12, 1; cfr. Ps 103, 30)

A te creata sunt, Domine, omnia ut conserventur,  
 parcis enim omnibus qui animas amas,  
 bonus enim spiritus es in omnibus.

*V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur,*  
*et renovabis faciem terrae.*

*R/ Bonus enim spiritus es in omnibus.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Bonus enim spiritus es in omnibus.*

*Oratio* (OV 1033; T35.4, 707; T35.6, 411; L6, 999; cfr. Br Goth 696)

Deus Spiritus Sancte, a quo creata sunt omnia,  
 et restaurata sunt universa;  
 qui animas amas, quas inhabitando sanctificas:  
 bonus enim spiritus es in omnibus,  
 dum infunderis cunctis individuus,  
 et in singulis perennes unus;  
 qui ergo mirabiliter dona gratiarum partiris in singulis,  
 singulariter te manifestum ostende  
 in remittendis iniquitatibus nostris.

*R/ Amen.*

Ipso praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Filio, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 348; T35.4, 708; T35.6, 412; L6, 1000)

(Cfr. Io 14, 26; Ps 116, 1)

Spiritum paraclitum quem mittam vobis a Patre meo,  
 ille vos docevit omnia et annuntiavit,  
 alleluia, alleluia, alleluia.  
*V/ Laudate Dominum omnes gentes,*  
*laudate eum omnes populi.*  
*R/ Ille vos docevit omnia et annuntiavit,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Ille vos docevit omnia et annuntiavit,*  
*alleluia, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1034; T35.4, 709; T35.6, 413; L6, 1001)

Spiritum Paraclitum  
 desolatis, Christe Domine, cordibus mitte,  
 qui a Patre tuo procedens fulgore suo,  
 et nos scientiam doceat, et peccata extinguat,  
 quo per illum et peccati laqueos caveamus,  
 et aeterna munera impetremus.

*R/ Amen.*  
 Ipso praestante et auxiliante,  
 qui cum Patre et Filio, unus Deus,  
 vivit et regnat in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Responsorium* (AL 348; T35.4, 710; T35.6, 414)

(Cfr Is 59, 21; Io 14, 16)

Alleluia, spiritum meum dedi in te Iacob,  
 et verba mea de ore tuo non deficient, alleluia,  
 et de ore seminis tui  
 ab hodierno et in aeternum cantabimus, alleluia, alleluia.  
*V/ Ego rogabo Patrem, et dabit vobis Spiritum veritatis*  
*qui vobiscum maneat.*  
*R/ Ab hodierno et in aeternum cantabimus, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Ab hodierno et in aeternum cantabimus, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1035; T35.4, 711; T35.6, 415)

Deus omnipotens,  
qui Spiritum tuum te in Iacob dedisse testaris,  
dona Sancti Spiritus proroga in cordibus nostris,  
quo manifestatione divinorum donorum  
et divina in ore nostro verba praefulgeant,  
et operum dignitas de ore nostri seminis non recedat.

R/ Amen.

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

#### *Missa IV*

*Antiphona* (AL 348; T35.6, 416)

(Io 14, 26-27; Ps 18, 4)

Spiritum paraclitum quem mittet Pater in nomine meo,  
ille vos docebit omnia quaecumque dixerim vobis;  
pacem relinquam vobis, pacem meam do vobis.

V/ Non loquellae neque sermones,  
quorum non audiantur voces eorum.

R/ Pacem relinquam vobis, pacem meam do vobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Pacem relinquam vobis, pacem meam do vobis.

*Oratio* (OV 1036; T35.6, 417; Br Goth 689)

Consolare, Iesu, per donum Sancti Spiritus  
destitutas bonis studiis fidelium mentes,  
ut affluentium donorum Spiritus ille Paraclitus,  
quem Patrem in tuo nomine missurum esse testatus es,  
nobis exhibeat,  
qui tecum et cum Patre indivisa potestatis substantia regnat;  
ut omnia nos, illo docente, ad pacem tuam sequemur idonei,  
et affectum tuum numquam relinquamus instructi.

*R/ Amen.*

Ipsa praestante et auxiliante,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in aeterna saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 348; T35.6, 418)

(Ne 9, 20; Ps 91, 16)

Spiritum tuum bonum dedisti eis, Domine,  
qui doceret eos,  
et manna non fraudasti ab ore eorum  
et aquam dedisti eis in siti.

*V/ Quoniam rectus Dominus Deus noster,*  
*et non est iniquitas in eo.*

*R/ Et aquam dedisti eis in siti.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*

*R/ Et aquam dedisti eis in siti.*

*Oratio* (OV 1037; T35.6, 419)

Da nobis, Domine, Spiritum tuum bonum,  
qui nos doceat bonitatem,  
et auferat a nobis iniquitatem,  
ut, qui tecum est essentialiter bonus,  
nos misericordialiter faciat bonos;  
ut, participes aeternae bonitatis effecti,  
mali esse cessemus,  
dum per summum bonum benigni reddimur,  
bonique perpetuamur.

*R/ Amen.*

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Alleluiaiticum* (AL 348; T35.6, 420)

(Ez 36, 27a.25a; Ps 112, 1)

Spiritum meum ponam in medio vestri, alleluia,  
et effundam super vos aquam mundam,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*V/ Laudate pueri Dominum,*  
*laudate nomen Domini.*

*R/ Et effundam super vos aquam mundam,*

alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et effundam super vos aquam mundam,  
alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1038; T35.6, 421; Br Goth 697)

Pone, Domine, Spiritum tuum in medio nostri,  
qui mundis nos aquis paenitentiae lavans,  
praeparet nos tibi semper in hostiam vivam;  
quo nec libido templum cordis nostri contaminet,  
nec flamma ignis aeterni terram nostri corporis  
paenaliter in quocumque contristet.

R/ Amen.

Praestet ipse Dominus et misericors  
qui in Trinitate, unus Deus,  
gloriatur in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL 349; T35.6, 422)

(Ez 36, 26)

Haec dicit Dominus,  
nolite timere quia ego vobiscum sum  
et suscitabo spiritum ducis Iuda,  
et erit spiritus meus in medio vestri,  
replebo domum meam gloriam  
et in isto loco pacem dabo, alleluia, alleluia.

V/ Dabo vobis cor novum,  
et spiritum meum ponam in medio vestri.

R/ Et in isto loco pacem dabo, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et in isto loco pacem dabo, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1039; T35.6, 423; Br Goth 697)

Domine Deus, suscita spiritum ducis Iuda,  
quo tua fecundetur ecclesia, ut Spiritus dona,  
idem Spiritus nos in medio nostri positus doceat,  
replens domum tuam inenarrabili gloria;  
qualiter in loco isto et ubertas pacis redundet,  
et abundantia gratiarum exuberet.

*R/ Amen.*

Te praestante summe Deus,  
qui in Trinitate gloriaris, unus Deus,  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Missa V*

*Antiphona* (AL 349; T35.4, 712; T35.6, 424)

(Ex 3, 12b; Ps 32, 6)

Spiritus Domini spiritus vitae est,  
et benedicta gloria Domini de loco suo.

V/ Verbo Domini caeli firmati sunt,  
et spiritus oris eius omnis virtus eorum.

*R/ Et benedicta gloria Domini de loco suo.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et benedicta gloria Domini de loco suo.*

*Oratio* (Ov 1040; T35.4, 713; T35.6, 425)

Deus, cuius gloria ineffabiliter non localiter  
benedicta est de loco suo:  
da nobis Spiritum vitae;  
ut, eo vivificante, te in omni loco,  
et bendicere gloriosum,  
et laudare mereamur immensum.

*R/ Amen.*

Quia Deus es pius et misericors,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Antiphona* (AL 349, 351; T35.4, 714, 748; T35.6, 426)

(Io 14, 15-16; Ps 49, 1)

Si diligitis me, mandata mea servate  
et ego rogabo Patrem  
et dabit vobis spiritum veritatis,  
qui vobiscum maneat in aeternum.

V/ Deus deorum Dominus locutus est,  
et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum.

*R/ Et dabit vobis spiritum veritatis,  
qui vobiscum maneat in aeternum.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et dabit vobis spiritum veritatis,  
qui vobiscum maneat in aeternum.

*Oratio* (OV 1041; T35.4, 715; T35.6, 427)

Da nobis, Deus omnipotens, Spiritum veritatis,  
per quem et te diligere,  
et mandata tua valeamus implere;  
ut ipso nobiscum in aeternum manente,  
nullis poenis cruciemur in futuro examine.

R/ Amen.

Quia ipse est Dominus Deus noster,  
vivens et regnans in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Alleluiaiticum* (AL 349; T35.4, 716; T35.6, 428)

Effundam de spiritu meo super omnem carnem,  
et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Incipite Domino in tympanis,  
cantate Deo in cymbalis.

R/ Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Sit nomen Domini benedictum,  
ex hoc nunc et usque in saeculum.

R/ Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia, alleluia.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia, alleluia.

*Oratio* (OV 1042; T35.4, 717; T35.6, 429)

Effunde, Domine, de Spiritu tuo super omnem carnem,  
ut eius munere non iam carnalia sapiamus,  
sed spiritualia sentiamus;  
ut idem Spiritus, qui in patribus extitit presentia divinus,  
in filiis appareat intelligentia manifestus.

R/ Amen.

Quia ipse est qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Responsorium* (AL 349; T35.4, 718; T35.6, 430)

(Act 2, 2.4b.3)

Spiritus Sanctus de caelo descendit  
 et implevit domum illam ubi erant discipuli sedentes,  
 et cooperunt loqui variis linguis magnalia Dei, alleluia.  
*V/ Apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis,*  
*seditque supra singulos eorum.*  
*R/ Et cooperunt loqui variis linguis magnalia Dei, alleluia.*  
*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
*in saecula saeculorum. Amen.*  
*R/ Et cooperunt loqui variis linguis magnalia Dei, alleluia.*

*Oratio* (OV 1043; T35.4, 719; T35.6, 431)

Accede ad nos, Spiritus veritatis,  
 et imple domum cordis nostri igne amoris tui,  
 qui olim domum illam, ubi discipuli consedebant,  
 ineffabili dono tuae magnitudinis replevisti,  
 et qui illos linguis variis fecisti loqui magnalia Dei,  
 nos diversitate virtutum introducas ad atria caeli.  
*R/ Amen.*  
 Quia ipsi est gloria in saecula saeculorum.  
*R/ Amen.*

*Psalmus L*

*Antiphona* (AL 349; T35.4, 720; T35.6, 432; L6, 1004)

(Ps 50, 13b. 14b)

Spiritum sanctum tuum ne auferas a me; spiritu principali  
 confirma me, Deus meus.

*Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Spiritum sanctum tuum ne auferas a me; spiritu principali  
 confirma me, Deus meus.

*Oratio* (L6, 1005; T35.4, 721; OV 1181; MPs 25; Br Goth 134, 1000,  
 1169; LOPs 367)

Redde nobis, Domine, laetitiam salutaris tui,  
 id est, ianuam salutis:  
 spiritum sanctum tuum ne auferas a nobis,  
 per quem lapsa reparas et disrupta confirmas.  
 Spiritum quoque principali confirma nos,  
 per quem impios ab errore revocas,

et perditis universa restauras.

*R/ Amen.*

Per tuam magnam misericordiam, Deus noster,  
qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Canticum VT* (Br Goth 616-617; MPs 173-175, 364; T35.4, 601; T35.6, 370; L6, 376, 723)

(Ex 15,1-19)

*Antiphona.* (AL 349; T35.4, 722; T35.6, 433; L6, 1006)

(Is 63, 14)

Spiritus Domini dux sanctorum, sic adduxisti populum tuum  
ut faceres tibi nomen gloriae.

“Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, \* equum  
et ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea et robur meum Dominus, \* et factus est mihi  
in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum; \* Deus patris mei, et  
exaltabo eum!

Dominus quasi vir pugnator; \* Iahveh nomen eius!

Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare, \* electi  
bellatores eius submersi sunt in mari Rubro.

Abyssi operuerunt eos, \* descenderunt in profundum quasi  
lapis.

Dextera tua, Domine, magnifice in fortitudine, \* dextera tua,  
Domine, percussit inimicum.

Et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos; \*  
misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae; \* stetit ut  
agger unda fluens,

coagulatae sunt abyssi \* in medio mari.

Dixit inimicus: “Persequar, comprehendam; \* dividam spo-  
lia implebitur anima mea:

evaginabo gladium meum, \* interficiet eos manus mea!”.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare; \* submersi sunt  
quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in diis, Domine? \* Quis similis tui, magnifi-  
cus in sanctitate,

terribilis atque laudabilis, \* faciens mirabilia?

Extendisti manum tuuam, \* devoravit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua \* populo, quem redemisti,  
et portasti eum in fortitudine tua \* ad habitaculum sanctum  
tuum.

Attenderunt populi et commoti sunt, \* dolores obtinuerunt  
habitatores Philistaei.

Tunc conturbati sunt príncipes Edom, + potentes Moab obti-  
nuit tremor, \* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruit super eos formido et pavor; \* in magnitudine brachii  
tui fiunt immobiles quasi lapis,  
donec pertranseat populus tuus, Domine, \* donec pertran-  
seat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae, \* fir-  
missimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,  
sanctuario, Domine, \* quod firmaverunt manus tuae.

Dominus regnabit \* in aeternum et ultra!".

Ingressi sunt enim equi pharaonis cum curribus et equitibus  
eius in mare, \* et reduxit super eos Dominus aquas maris;  
filii autem Israel \*ambulaverunt per siccum in medio maris.  
Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, \* in saecula  
saeculorum. Amen.

*Ant.* Spiritus Domini dux sanctorum, sic adduxisti populum tuum ut  
faceres tibi nomen gloriae.

*Oratio de cantico* (Br Goth 622)

Cantabimus tibi, Domine,  
et cum omni laude cantabimus:  
quia equum et ascensorem proiecisti in mare;  
ita diabolum cum exercitibus suis  
suffoces eadem virtute.

Quis similis tibi in diis, Domine? Quis similis tibi?

Gloriosus in sanctis,  
mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia,  
cunctis gentibus et populis praedicanda.

*R/* Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster, qui es benedictus  
et vivis et omnia regis in saecula saeculorum.

*R/* Amen.

*Benedictiones**Antiphona* (AL 349; T35.4, 723; T35.6, 434, L6, 1007)

(Dn 3, 65)

Omnis spiritus benedicte Domino, hymnum dicite Deo  
alleluia.

*Ut in ordinario in officio festivo*

*Ant.* Omnis spiritus benedicte Domino, hymnum dicite Deo alleluia.

*Oratio de bendictionibus*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Sonus* (AL 349-350; T35.4, 724; T35.6, 435; L6, 1008)

(Io 14, 15-16; 15, 26-27; 17, 1; 18, 9; 17, 24)

Si diligitis me mandata mea servate,  
et ego rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit vobis  
qui maneat vobiscum usque in aeternum, alleluia, alleluia.  
V/ Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre,  
Spiritum veritatis, ille testimonium perhibebit de me,  
et vos testimonium perhibebitis qui ab initio mecum estis.  
*R/ Usque in aeternum, alleluia, alleluia.*

*V/ Haec locutus est Jesus:*

Pater venit hora ut clarifies Filium tuum,  
ut Filius tuus clarificet te, quia quos dedisti mihi  
volo ut ubi sum ego et illi sint mecum  
ut videant claritatem meam quam dedisti mihi,  
quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

*R/ Usque in aeternum, alleluia, alleluia.*

*V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,*  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Usque in aeternum, alleluia, alleluia.*

*Psalmi laudate 148-150**Antiphona* (Br Goth 693)

(Ps 148, 1-2)

Alleluia, laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate eum  
in excelsis, alleluia, alleluia; laudate omnes angeli eius, laudate eum  
omnes virtutes eius, alleluia, alleluia, alleluia.

*(Ut in ordinario in officio festivo)*

*Ant.* Alleluia, laudate Dominum de caelis, alleluia; laudate eum in excelsis, alleluia, alleluia; laudate omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, alleluia, alleluia, alleluia.

*Lectio* (Br Goth 693)

(Il 2, 21-27; 3, 1-5a)

Lectio libri Iohannis prophetae.

R/ Deo gratias.

Haec dicit Dominus: Noli timere, terra; exsulta et laetare, quoniam magna Dominus operatus est. Nolite timere, animalia regionis, quia germinaverunt pascua deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus et vinea dederunt divitias suas.

Et, filii Sion, exsultate et laetamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis pluviam iustitiae et descendere fecit ad vos imbre matutinum et serotinum sicut prius. Et implebuntur areae frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo; et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus et gryllus et eruca, exercitus meus magnus, quem misi in vos.

Et comedetis vescentes et saturabimini et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui mirabilia fecit vobiscum; et non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis quia in medio Israel ego sum, et ego Dominus Deus vester, et non est amplius; et non confundetur populus meus in aeternum”.

Et erit post haec: effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae, senes vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visiones videbunt; sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.

Et dabo prodigia in caelo et in terra, sanguinem et ignem et columnas fumi; sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Et erit: omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

R/ Amen.

*Hymnus* (Br Goth 690; L6, 110)

Sacrate veni Spiritus,  
ore Patris Paraclite:  
pollicitus, qui iam dudum,  
Ioele vate editus.

Quos Petrus constans arguit;  
non, ut putatis, vino sunt  
repleti, sed Spiritu,  
de quo propheta loquitur.

Temporibus novissimis  
implenda, inquit, viscera:  
Deo cunctorum placida  
vaticinare insignia.

Quem Deus noster hac die  
perfussum effudit discipulis;  
ascendens, ut promiserat,  
morte derelicta, ad sedem.

Quos videns caeca, et invida  
iudaea plebs, sic fatetur:  
plenosque musto clamitant,  
dum non credunt magnalia.

Post haec receptor plurimi  
verbo, rimantes cordibus,  
auctaque plenitudine,  
Christi iunguntur agmini.

Mysterium absconditum,  
quondam quod erat Israeli,  
nunc revelatum canitur,  
ostensum in apostolis.

Hic dies quinquagesimus,  
qui iubilaeus traditur:  
solemne nobis gaudium,  
remissionis proprium.

Hymnum dicamus et Patri,  
hymnum dicamus Filio,  
simul cum Sancto Spiritu,  
intenta voce et pectore. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 1010, 975)  
(Ps 103, 30)

*V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.*  
*R/ Et renovabis faciem terrae.*

*Supplicatio* (Br Goth 688, 690)

Dei Patris omnipotentis misericordiam  
suplices imploremus;  
ut nos gratia Christi sui, Domini nostri,  
et virtute Spiritus Sancti propitius iustificare dignetur.  
*R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.*

*Compleuria* (OV 1047; T35.4, 726; T35.6, 437; L6, 1011; Br Goth 694)

Domine Iesu Christe,  
infunde Spiritum Sanctum promissum Patris in nos,  
qui vivificet et doceat nos plenitudinem veritatis  
in mysterio beatae et individuae Trinitatis;  
ut in eius dono sit perfectio nostrae salutis,  
in quo omnis consistit summa virtutis.

*R/ Amen.*

Per misericordiam ipsius Christi Dei nostri,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto, unus Deus,  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Pater noster**(Ut in ordinario in officio festivo)**Petitio**(Ut in ordinario in officio festivo)**Benedictio* (OV 1048; T35.4, 727; L6, 1012)*Diac:* Humniliate vos bendictioni.*Presb:* Dominus sit semper vobiscum.*R/* Et cum spiritu tuo.

Spiritus Sanctus, qui repenti sonitu  
de caelo igneis super discipulos apparuit linguis,  
plenitudinem in vobis operetur suae sanctificationis.

*R/ Amen.*

Et quo docente, discipuli sunt praelocuti Dei magnalia,  
eodem vos inspirante, confiteamini peccata vestra  
ad consequendam misericordiam opportunam.

*R/ Amen.*

Ut, per quem illi omnium gentium eloqui linguis edocti sunt,  
per eum sit vobis remissio peccatorum.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suae,  
qui est benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.**Psallendum* (Br Goth 691)

(Il 2, 28; Ps 103, 30)

Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, alleluia.

Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.

*V/* Emitte Spiritum tuum et creabuntur,  
et renovabis faciem terrae.

*R/* Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.

*V/* Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/* Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.

*Oratio* (Br Goth 691)

O Spiritus Sancte,  
qui a Patre Filioque procedis,  
doce nos facere veritatem;

ut, qui de Patre Filioque accepisti processionem,  
invisibili nos his, a quibus tam ineffabiliter procedis,  
assicies caritati.

R/ Amen.

Per gratiam pietatis suaे,  
qui es benedictus in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

**Eodem die ad vesperum**

*Oblatio luminis*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Vespertinum* (AL 351, 293, 308, 311, 314, 317, 319, 346; T35.4, 747, 1, 218, 258, 295, 330, 363, 677; T35.5, 769, 843; T35.6, 456, 64, 350; L6, 4, 43, 125, 146, 183, 220, 252, 293, 505, 575, 610, 970; Br Goth 619, 622, 625, 628, 631, 634, 637, 641, 642, 644, 645, 647, 650, 651, 652, 658, 661)

(Ps 73,13-14.17.15)

Laudaverunt te, Domine, omnes angeli tui,  
et hymnum dixerunt dum perficeres fabricam caeli;  
tuus est dies et tua est nox, tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu confirmasti in virtute tua mare,  
tu contribulasti capita draconum super aquas.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Fecit lunam in tempore suo, sol agnovit occasum suum,  
posuisti, Domine, tenebras et facta est nox.

Tu confregisti caput draconis magni,  
et dedisti eum in escam populo Aethiopum.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu fecisti omnes terminos terrae, aestatem et ver.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Tu dirupisti fontes et torrentes, tu exicasti flumina Etan.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

R/ Tu fecisti solem et lunam.

*Oratio* (T35.5, 770; Br Goth 619, 622, 625, 631, 634, 637, 642, 644, 645, 647, 650, 651)

Laudant te, Domine, omnes angeli tui;  
 dum a te se creatos agnoscant:  
 et cunctam creaturam caelestem atque terrenam  
 te opificem subsistere ac disponi non ambigunt.  
 Dona ergo mentibus nostris  
 in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare;  
 et te solem iustitiae  
 perpetuo nobis fulgore clarescere lumen,  
 quatenus nocturnas tenebras  
 tua semper valeamus illuminatione vitare.

R/ Amen.

Per misericordiam tuam, Deus noster,  
 qui es benedictus, et vivis,  
 et omnia regis in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Antiphona* (AL 351, 349; T35.4, 748, 714; T35.6, 426)

(Io 14, 15-16; Ps 49, 1)

Si diligitis me, mandata mea servate  
 et ego rogabo Patrem  
 et dabit vobis spiritum veritatis,  
 qui vobiscum maneat in aeternum.

V/ Deus deorum Dominus locutus est,  
 et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum.

R/ Et dabit vobis spiritum veritatis,  
 qui vobiscum maneat in aeternum.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
 in saecula saeculorum. Amen.

R/ Et dabit vobis spiritum veritatis,  
 qui vobiscum maneat in aeternum.

*Antiphona* (AL 351; T35.4, 749)

(Rom 5, 5; Ps 32, 6)

Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris  
 per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

V/ Verbo Domini caeli firmati sunt,  
 et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

R/ Per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,

in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.*

*Alleluiaiticum* (AL 351; T35.4, 750)

(Cfr. 1Cor 2, 12; Ps 116, 1)

Alleluia, spiritus qui ex Deo est accepimus,  
ut sciamus quae a Domino donata sunt nobis,  
alleluia, alleluia.

V/ Laudate Dominum omnes gentes,  
laudate eum omnes populi.

*R/ Ut sciamus quae a Domino donata sunt nobis,  
alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Ut sciamus quae a Domino donata sunt nobis,  
alleluia, alleluia.*

*Hymnus* (Br Goth 693-694; AL 351, 346; T35.4, 751, 682, 725; L6, 975)

Beata nobis gaudia  
anni reduxit orbita,  
cum Spiritus Paraclitus  
effulsit in discipulos.

Ignis vibrante lumine,  
linguae figuram detulit;  
verbis ut essent proflui,  
et caritate fervidi.

Linguis loquuntur omnium,  
turbae pavent gentilium:  
musto madere deputant  
quos Spiritus repleverat.

Patrata sunt haec mystice,  
Paschae peracto tempore;  
sacro dierum numero  
quo lege fit remissio.

Te nunc Deus piissime,  
vultu precamur cernui,  
inlapsa nobis caelitus  
largire dona Spiritus.

Dudum sacrata pectora  
tua replesti gratia;  
dimitte nunc peccamina,  
et da quieta tempora.

Anni peractis mensibus,  
tanta recurrunt gaudia;  
votisque dudum credulis  
optatus advenit dies.

In quo Spiritus Domini  
terram replevit gaudiis;  
caelestis adventus sui  
mundo decurrunt lumina.

Quod est probatum testibus,  
apostolorum vocibus;  
cum sint diversis oribus  
vanis locuti gentibus.

Tanto redempti munere,  
Patris et Nati Spiritui  
iuges agamus gratias,  
Deo perenni in saecula.

Gloria tibi Trinitas  
aequalis una Deitas,  
et ante cuncta saecula,  
et nunc et in perpetuum. Amen.

*Versus* (AL 344, 346; T35.4, 682; L6, 975, 1010)

(Ps 103, 30)

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/ Et renovabis faciem terrae.

*Supplicatio* (Br Goth 688, 690)

Dei Patris omnipotentis misericordiam  
suplices imploremus;  
ut nos gratia Christi sui, Domini nostri,  
et virtute Spiritus Sancti propitius iustificare dignetur.  
R/ Praesta aeterne omnipotens Deus.

*Completuria* (OV 1049; T35.4, 752; Br Goth 695)

Spiritus tuus bonus, Domine,  
deducat nos in viam rectam;  
ut in nobis malitiam superet,  
et in cunctis divinitate redundet.

R/ Amen.

Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus,  
et vivit et omnia regit in saecula saeculorum.

R/ Amen.

*Pater noster*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Petitio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)

*Benedictio* (OV 1050; T35.4, 753; Br Goth 695)

*Diac.* Humiliate vos benedictioni.

*Presb.* Dominus sit semper vobiscum.

R/ Et cum spiritu tuo.

Spiritus Dei bonus dederat vos in viam rectam,  
et a lapsu peccaminum itinere vestro disiungat.

R/ Amen.

Sitque dux itineris vestri,  
qui olim in discipulos manifestus apparuit.

R/ Amen.

Ut eodem repleti, et mare huius saeculi transeatis illaes,  
et aeterno mereamini de munere consolari.

*R/ Amen.*

Quod ipse praestare dignetur,  
cuius regnum et imperium sine fine permanent  
in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Psallendum* (Br Goth 691)

(Il 2, 28; Ps 103, 30)

Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, alleluia.

Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.

V/ Emitte Spiritum tuum et creabuntur,  
et renovabis faciem terrae.

*R/ Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.*

V/ Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto,  
in saecula saeculorum. Amen.

*R/ Et prophetabunt filii vestri, alleluia, alleluia.*

*Oratio* (OV 1026; Br Goth 691; T35.4, 693; L6 985)

O Spiritus Sancte,  
qui a Patre Filioque procedis,  
doce nos facere veritatem;  
ut, qui de Patre Filioque accepisti processionem,  
invisibili nos his, a quibus tam ineffabiliter procedis,  
associes caritati.

*R/ Amen.*

Per gratiam pietatis suae,  
qui es benedictus in saecula saeculorum.

*R/ Amen.*

*Conclusio*

(*Ut in ordinario in officio festivo*)